



# **Responsio Vrbani Regini ad duos libros primum & tertium de Missa Ioannis Eccij quibus, Missam esse Sacrificium ex scripturis ostendere, & aduersae partis obiecta diluere conatur. ;**

<https://hdl.handle.net/1874/455411>

卷之三



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. Oct

**L.** Oct.  
10









E. oct.  
**109**

et amore delacionis collui non quas  
ne sunt delaciones uenient non ex ab  
honestitate delacionis contingat quod homo  
bona spuia. et non querit ea quae  
bona ardua et semper hoc despacio  
ex luxuria. ad hoc autem quod ali  
ardui non estimet. ut possibile  
ad ipsa per se vel per alium perducatur ex  
digna delectatione que quae in affectu hominis  
sunt. indeatur ei quae niniq[ue] possit aliquis  
in reuelatione et quia accidia est tristitia  
delectatio sp[iritus] p[er] hunc modum  
accidere accidia gaudet. hoc autem  
triste ob in sp[iritu] s[an]cto. et quod sit possibile.  
in bonum et ardum et alios passiones  
erit. Unde sp[iritus] laius ostendit ex accidia  
ex luxuria. id est iam dicitur. unde  
ad primis. sed si in dy quod si  
p[ro]p[ter]e dicit in se reuersus sicut sp[iritus]  
delectacionis. ita et homines in delecta  
tionibus exiret efficiuntur in aioru[rum] sp[iritu]s  
ime a modum homines tristitia ex

Theologia

Octavo n°. 109.

de eo ad quod de eo nunc q<sup>uod</sup> i  
spare de eo q<sup>uod</sup> hoc est ei<sup>us</sup> iurite quo  
dannu*mō* dñu*mō* ut dñ*mō* est. **S**i dñ*mō*  
quod pectore cum p*ro*p*ri*o p*re*c*u*s  
in p*ro*t*o* sub h*e*c*u*me ad p*l*im*p*  
ponet et si non d*omi*n*u*it. si aug*u*  
c*on*sum. patere a*et* ab h*e*c*u*me qui  
ente cum p*ro*p*ri*o abstineri a*et*  
i*re*pentendi de ip*so*. si no*n* est p*l*im*p*  
pon*er*is. S*i* h*e*c*u*me d*omi*n*u*it. q*uod* s*i* h*e*c*u*  
h*e*c*u*me uoluntatem m*o* su*d*ann*u* ad  
pect*o*p*id*um.

**P**ot*er* tu*m* sic proceditur. V*er*o quod p*l*im*p*  
magis i*re*magis opponitur timor q*uod*  
h*e*c*u*me. in ordinario timoris opponitur  
recto timor. Si p*l*im*p* magis i*re*detur ad  
ordinacionem timoris p*an*ice. d*omi*n*u* sap*er*  
v*er*u*m*. quod timor e*st* p*l*im*p* magis ad*u*  
tor*u*ni*m*. et i*st*. v*er*u*m*. q*uod* p*l*im*p* l*e*ana turb*a*  
ta os*ca*na. g*ra*u*m* p*l*im*p* magis opponitur timor  
magis q*uod* h*e*c*u*me. p*l*im*p* qualiter q*uod* magis  
distat s*i* p*l*im*p* magis distat a*et* ad  
re q*uod* a h*e*c*u*me q*uod* p*l*im*p* ip*so*z*et* mot*u*

debet negari uideri.  
ut sit uictua uel amara q  
decusse. n. cū aliq. chp.  
Deinq; sic quod uia eadem  
**D**e libro de patre et  
pros. sa.  
et in aetate uerbi erat.  
Prodeinde pro. go.  
Opus modi est ut rati quid  
socii uirtutum regimur.  
Iudicis quod oisdam atque  
statim ut erat am. pcam. et

illa uocis. ac sic spm y  
magnum enim in iude  
querit vmagis dei. vñ v  
sapas noue ecclesie misi in  
christus in spm. s. non mi  
bonum magnum  
sua. adhuc ut ipm teuag  
nos est. scilicet illud in e  
uangelio paleo et  
filio predigo. litv. vi.  
vñ hunc t  
**P**rius episcoporum pe  
nitentia et iactae mor  
tui. asti uicit. carita  
te. ar. 8. xvij. q. ii. v. sis  
5.

**Q**uarto solis. vij.  
q. i. isto. s. s. lxxi.  
di monsibi quas sol  
ue. p. e. xviij. q. i. sept  
timo. c. i. s. c. te offo. tcl. pru teuia iii. 9. ar  
me. xiiij. q. i. impie.  
us oblior. i. p. grecem placem teuso cogitando.  
langua. habet sicut apli nepli ad hebreos. eluct  
agonem. ymaginem. i. initio ne similem.  
sunt in uictis. que nemo. s. xiiij. q. v. tepladiacal.  
negatibus. primus. al. primus est. in primo statu  
coquuntur.

bar. **S**ubsid. s. q. carceris senil. hinc tesci non  
omnis. i. nulla negatiuam clamare dicatur.

ne. s. l. q. m. t. p. e.  
oo. pp. h. am. s. v. n.  
ll. s. i. no. all. f. am.

**H**ic dicitur sicut dicitur  
dicit q. qui peccati  
tus inimicu[m] tuus  
cancat in eis q. ca  
nas. anniti non pos  
sit ut in p. n. b. m. d. u.  
renatus. b. b. n. so. h. n.  
i. n. m. s. m. a. q. r. m. s.  
e. u. g. u. d. i. t. e. u. r. e  
n. e. t. u. g.

**S**e cum. po. o. p.  
mc. ionib. m. d. u.  
cato a m. ad m. que  
mens rapto[m] onsum  
qualit. uba. jo. sum  
mellida p. o. p. m. h?

z. c. u. s. primo o. m. d. i. le. a. q. illa. u. a. u. i.  
u. i. s. e. er. d. o. non p. c. c. a. t. u. o. n. i. t. i. m. e. l. l. i. d. a. c.  
c. a. p. t. g. r. a. m. a. b. u. t. c. a. r. t. a. t. e. p. c. a. t. n. o. p. c.  
m. e. l. l. i. g. e. t. r. e. i. n. g. o. a. d. r. e. t. s. i. b. i. jo. q. m. b.  
b. a. t. b. a. p. a. z. a. t. s. s. i. d. i. n. a. q. p. c. a. n. n. o. b.  
a. n. n. i. s. n. e. e. g. o. n. e. l. l. i. d. a. u. t. a. s. q. m.  
l. q. u. i. p. e. p. i. t. g. r. a. m. d. i. n. o. i. p. c. s. p.  
c. a. m. l. o. p. e. d. i. t. a. r. c. i. u. b. a. c. a. jo. l. a. n. d.

u. i. p. o. u. t. Q. m. c. i.  
d. e. d. i. p. o. c. t. i. a. u. i. m.  
d. u. b. i. t. i. s. c. i. c. t. i. a.  
c. p. o. n. t. r. a. q. a. p. i.  
p. i. n. t. d. i. c. e. s. Q. q. i.  
b. a. d. u. c. a. q. e. v. i.  
t. c. a. i. p. e. n. a. d. i. l. c.  
d. n. o. d. a. n. s. t. Q. a. e.  
m. e. a. u. c. g. l. i. f. a. n. s.  
m. l. n. o. i. c. r. u. c. c. s.  
q. e. o. r. e. s. a. n. n. o.  
r. o. n. q. i. s. i. c. o. d. o. m. a.

A

N 47 C.

6. oct. 1601

# RESPON

SIO VRBANI RHEGII AD DV-  
os libros primum & tertium de Mis-  
sa Ioannis Eccij quibus, Missam esse  
Sacrificium ex scripturis ostendere,  
& aduersae partis  
obiecta diluere co-

Dux item Epistole prior Eccij, al-  
tera Urbani, è quibus lector faci-  
lius intelliget, cur iamprimitū  
hic libellus sit editus.

Omnis dissertatio nostra huic spectat,  
pie Lector, ut abusus & hominum in-  
uentuncule à sacro sancto dominice  
Cœne Mysterio tollantur.  
M. D. XXIX.



IOANNI ECCIO THEOLOGO AC IV<sup>o</sup>  
ris consulto Urbanus Rhegius Christum  
sanctificationem nostram.



Vm te nuper Auguste conueniſſem, Ec<sup>ci</sup>  
magnifice, atq; instantiſſime precarer,  
ut ſi uſpiam à ſana fidei doctrina aber-  
raſſem, ea tu me errantem modetia in-  
uiam reduceres, qua me olim in Philosophia Aristotelis  
et Theologia ſcholaſtica p̄eceptor erudiſſi, hic me protri-  
nus ad locos tuos communes & libros, quos de Miffa ſa-  
crificio conſcripſisti, remittebas, quos cum legiſſe me qui-  
dem perdiſigenter, uerum ea lectione nondum pacatam  
eſſe conſcientiam meam faterer, & ante omnia, que de  
Miffa ſentis, minus probarem, reſponſurum te mihi, ſi qd  
in libris tuis de Miffa deſyderarem, corā Matthia Cret-  
zio & Othomaro Lufcino, ingenue pollicebaris. Que  
igitur me remorantur quo minus de reiterando quottidie  
pro peccatis ſacrificio tecum ſentiam, hoc qualicunq; li-  
bello in medium Christiana ſimplicitate adtuli, nihil aequi-  
ſtiens ac ueritatem fidei, quam ſi hactenus non uidi, tuum  
fuerit ignorantem docere, non traditionibus hominum,  
quas iampridem uſq; ad nauſeam imbibi, neq; tamen me-  
luis habui, ſed uerbo Dei minime adulterato, quo uro con-  
ſcientia noſtra tuto nititur. Quemadmodum autem Augu-  
ſte paciscebar tecum lenitatem ſtili, ita rurſum, ne indig-  
nationi tuae freña laxes, te etiam atq; etiam rogo, acrimo-  
nia enim illa odiosior adeo eſt negotio ſucepto incommo-

da, ut absterre à discenda ueritate plures possit, q̄ allicere,  
re, et si uelut nube quadam conuitorum me adobrueris.  
ubi quæso grata ueritatis lux effulgebit? At cur tam sero  
inquieris? Non temere forsitan, nam ut cætera taceam, cō-  
sulto hoc laboris respondendi tibi, summis quibusdā The-  
ologe principibus cedebam, quorum nonnullos strenue  
aliquoties ad scribendum hortatussum, at ipsi perpetuo  
renuerunt, respondentes, libros tuos eius esse generis ut  
uel tacentibus eruditis, facile lectori non omnino stupido  
uenturum sit in mentem, quid responderi ad tua argumen-  
ta oporteat, ut iam & ipse fuerim tua omnia silentio præ-  
teritus, nisi me coram ad proponendas dissentionis no-  
stre causas accendisses Augustæ. Te itaq; sic uolente &  
iubente, libros tuos, Missalis sacrificij patronos denuo  
pellegi, quæ infirma uidebantur passim annotans, non ut  
conuijjs responderem, sed ut paucis brevibusq; argumen-  
tis citra uirulentiam tecum agerem, idq; non ex commen-  
tarijs hominum, sed scripturis canoniceis, & prophetijs  
fidei conuenientibus, è quibus solis ad pugnam Christianæ  
sua arma proferunt. Quare te rursus per Christum ob-  
secro, ut in responsione tua stomachum cohibeas, nec in  
fratrem zeli pretextu aculeato iterum libro infrendeas,  
q; si me omnino indignum existimas cui parcatur, utpote  
αἰρετικὸν ὀνθεωτόν, iampridē tuo ueditio δυτονα-  
τοκηπτόν, hunc tamen honorē sacrosancte scripturarū  
ueritati deferto, qua modeste grauiterq; tractata lector in  
de pie doctus euadet potius q̄ mordax, hæreses, schismata

seditiones & id genus probrofa nonuna in illos torqueto  
qui duri ceruice incircumcisso corde & auribus, spiritui  
sancto ueritatem docenti semper resistunt. Mibi hoc unū  
in uotis est, ut ueritatem liceat q̄ purissime intueri, & di-  
scere, utq; uoti compos efficiar. Dominum precor quo  
spiritum ueritatis mittat, cuius magisterio queam prudē-  
ti simplicitate probare omnia, & quod bonum est tenere.  
Atq; hic Christum mihi iratum imprecor, si quid hoc lis-  
bello preter eius gloriam & Ecclesie ædificationem que-  
siero, itidem facturum te ut credam charitas iubet, que A-  
postolo teste credit & sperat omnia. Gratia Domini te-  
cum. A. Auguste Vindelicorum. Anno à nato Christo  
M. D. XXVII. ultima Martij.



VEM TV ORDINEM NOSTRA  
cōfutando obseruasti, eundē nos in Apo-  
logia sequemur. Exordiū igitur libelli tui  
locis communib[us] contra nos instruitur  
quos putas altius uelle sape, q̄ ferat Christiana pietas, nos  
uero ob hoc unum ppetuo uobisē digladiamur, q̄ simpli-  
citate scripturæ canonice minus contenti, ad seruandas  
Deuteroses Ecclesian compellitis, quibus animæ Chri-  
stifide'ium maxime periclitantur. Nam qui hactenus fa-  
tūrārum litterarum simplicitatem fastidientes, aceruos &  
maria traditionum in Eccl[esi]am inuixerunt uelut sarcin-  
entes suo iuditio, que scriptura neglexit, non sapiunt ad  
sobrietatem, quos recte Paulina parænesi perstrinxeris.  
Tuis itaq; armis utar, nam defensorem te constituis eorū  
qui terminos patrum non transilierunt. Age Eeci, quos  
mibi terminos statuerunt Patres? aut quos ita appellas?  
Evidē si quisq; est hac appellatione dignus in terris,  
quantum ad fidei imitationem pertinet, Abramum, Isa-  
acum, Iacobum, Dauidem, prophetas & Apostolos. hoc  
nomine dignabor, qui cum Dei uerbum secuti, nihil rece-  
perint ab hominibus confictum ad cultum Dei, palam est  
terminos ab ipsis constitutos, esse uerbū Domini in scrip-  
turis sanctis, intra quos pedem figimus, sanamq; doctrinā  
nam uelut lucernam pedum nostrorum intuemur, deuia  
humanarum inuentionum uitantes. Quod si Augustinum  
& Hieronymum intelligis uiros in scripturis sanctis do-  
ctis, & optimos, quasi preter scripturas illi terminos p[re]ce-

Rom. 123

Psal. 118

fixerint Ecclesie, iubeboris piëtissimis uiris parcere, quo-  
rum alter solis scripturis canonicis credendum firmiter  
litt. capi. contendit, alter contemni patitur, quæcunq; scripturarū  
61. autoritate non sunt suffulta. En terminos Patrum, qui &  
Hiero. sup ipsi in hoc patrem Paulum imitati sunt, hos terminos Ti-  
Matth.ca. motheo suo constituentem, quem locum tibi uelut murum  
= 3. ferreum cum fiducia oppono, Sic igitur inquit. At tu per-  
2. Timo. sisito in his quæ didicisti & que tibi concredita sunt, scis  
3. à quo didiceris & q. à puerō Sacras litteras noue-  
ris, quæ te possunt eruditum reddere ad salutem per fis-  
dem, quæ est in Christo Ihesu. Christianorum uota & stu-  
dia omnia huc tendunt, ut erudiantur in ijs quæ ad æter-  
niam salutem spectant, q. si sacræ litteræ hec præstant,  
quid ab illis ad hominum uerba transfugimus, hoc est à  
luce ad tenebras & percurre uniuersas Apostolorum con-  
tiones, perpende quid docuerint, & preter uerbum Dei  
Ioan. 16. nihil inuenies, omnem ueritatem in quam eos spiritus san-  
ctus duxit, fideliter ut fidei dispensatores mysteriorū Dei,  
1. Cor. 4. nos docuerunt & scripsierunt, lactum est fundamentum,  
1. Cor. 3. nec ullum aliud ponit poterit preter hoc quod positū est,  
2. quod est Ihesus Christus. Et doctor gentium, quod ad A-  
postolici munera functionem attinebat, nihil aliud se sci-  
re inter Corinthios iudicabat, q. Ihesum Christum & huc  
crucifixum, ille non ex libris hominum, sed scripturis  
sanctis discitur, quæ ob id scrutari iubemur, q. illæ sunt  
quæ de Saluatorē nostro testantur, Ioan. 5. Hos itaq; ter-  
minos sic ubi fuerimus transgressi pertinaciter, tum uoca-

hereticos aut si lubet cacademones, si uero intra hos ter-  
minos confiterimus, ceterum a sano scripturæ intellectu  
alicubi aberramus, esto tu cæcorum dux, nos melius sen-  
tientum hactenus iudicia non sumus aspernati.

Iam ubi persuasum putas orbi, nos terminos Patrum  
transgressos, eoque contempiores esse Ecclesiæ catholice,  
statim ad causæ scopum descendis, adserens nos Missæ  
officium lacerare, quod an uerum sit, contiones & libelli  
nostræ liquido declarabunt, cum in hoc uno potissimum  
sudemus, ut Missæ officium ad amissim uerbi Dei corri-  
gatur, nam prolapsum in abusus multo maximos à pri-  
mæua Christi institutione, nec uos, opinor, negabitis, offi-  
cium Missæ lacerant, qui suas adinuentiones, uerbo Chri-  
sti assiunt, non lacerant qui nihil non moluntur ut pri-  
stine tandem integritati restituatur. Conuicimus autem iā  
pridem sic esse discriptum & uitiatum humanis addita-  
mentis Missæ officium, ut ne uestigium quidem in eo ap-  
pareat dominicæ illius coenæ, quam Corinthijs Aposto-  
lus ex Christi doctrina apparauit, nam Aheronico pro-  
pemodum apparatu uelut Sancta sanctorum ingressurus  
instruitur sacerdos, ornatur magno sumptu altare, quod  
tanen Propheta in aduentu Christi desitetur uaticina-  
tus est, Canon legitur nihil nisi sacrificium sonans, circu-  
stat populus, non conuictor, sed spectator unius hominis,  
eiusq; non raro uita & doctrina reprobri. Hic ubi domi-  
nicæ mortis ardens & fidélis memoria fuerat habenda ad  
fidem alendam, accendēdamq; in fratres charitatē, opinio-

Iesa. 27.

Simplicium animis insidet, non accipiendi hic quicq; à Do-  
mino, sed offerendi & dandi, multaq; hoc opere emeren-  
di. Quæso ubi inter has turbas annuntiatio uiuifice mor-  
tis Christi donec ueniat? ubi animus peccatorum agniti-  
one humiliatus, & gratiam redemptoris suspirans? ubi  
debita pro ineffabili erga nos charitate Dei gratiarum  
actio? ubi fides in Christum? ubi poenitentia? quo respi-  
citur? quid agitur? nonne nisi c.æci sumus, iam tandem uel  
palpanus, nos à uerbo & facto Christi q; longissime ab-  
esse. Que cū ita sint, facile iudicabitur, utros uerba Iesaa-  
ic, que citas, perstringant, qui cæcitatem narrat populi  
Iudaici uerbo domini inobedientis, & nolentis intelligere  
ut bene ageret. Scimus enim Iudeis execæcationem acci-  
disse iusto Dei iudicio q; prophetas Domini neglexerunt  
& occiderunt, uerbum uitæ reiecerunt, atq; in suis adin-  
uentionibus sunt fornicati, intelligis quid uelim, siquidem  
prophetarum fulmina intelligis in Iudeorum increduli-  
tatem contorta. Quos igitur percellis hereticos? & Iue-  
daicæ perfidiæ arguis? Certe nos, ut ut peccatores sumus

Rom. 10. Christum tamen cū perfidis Iudeis nō negamus, uerbum  
Dei non reijcimus, sed pro dono gracie nobis collatæ sis-  
cut corde credimus, ita ore & calamo cōfitemur Ihesum  
esse Christum, eumq; in carne uenisse ut peccatores saluos  
faceret, contradicat huic signo Iudei & hypocrite, stu-  
diant clamenter geates, nos in Christum eeu in petram fir-  
missinam tuto incunbimus, Nihil igitur nobis commer-  
tis est cum Christicidis, nec impinges peccatum in spiritu  
tuum sijs qui preter uerbum Dei in Ecclesiam nihil admis

1. Cor. 1.  
Matt. 16.

tendum censent. Porro Ecclesiam credimus catholicam,  
Sanctorum communionem, eiusq; caput Christum ample-  
ctimur, per quem unum remissionem peccatorum & ui-  
tam eternam nos consecuturos non dubitamus.

Ecclesia.  
Ephe. 1.  
Acto. 4.

• 13 •

Postq; autem hereticos dignis modis tractasti, Missam  
adstruis, annis iam M. CCCCXC. semper ab omnibus  
sacrificium esse habitam, audacter uniuersae Ecclesiae tuae  
am sententiam adscribens sed obscure, Scimus enim Chri-  
stum, cuius corpus, panis Domini in Eucharistia uocatur Corpus  
sacrificium pro peccatis nostris fuisse in cruce, & panem  
Domini qui est corpus Domini, sacrificium à Vete-  
ribus appellatum, non q; in sacerdotum manibus denuo  
Christus more uestro offeratur, sed q; olim fuerit sacra-  
cium, uos autem longe aliter simplicibus rem proponitis,  
nam illi uestris traditionibus persuasi, credunt pro pec-  
catis nostris, que iteramus, hic Christū denuo offerri deo  
Patri, qua opinione, aliquot iam seculis, hominum animis  
insculpta, factum est ut immensa unius in cruce semel ob-  
late uictime efficacia prorsus ignoretur in mundo, imò  
blasphemetur. Quid si hic rerum nomina somniculosius  
intucmur que recte expensa haud finerent nos tam enor-  
miter hallucinari? nec est ut de uocabulo ΚΟΡ hebrae-  
ico diu certemus, noui testamenti ueritas, id quod & Pa-  
tres iusserunt ex greco perquirenda est, & facilius quid  
ra de re sentiendum sit uidebimus. Qui iam præsunt Ec-  
clesias Dei ab officijs suis quibus populo Domini seruiūt,  
accommoda quedam talibus officijs nomina obtinens

A 5

in novo testamēto, cuiusmodi sunt ἡ τιθένοντος ut act. 20  
Πιάκονος. 1. Tim. 3. ὑπωχρέτησ. 1. Cor. 4. Λέουλος 2.  
Cor. 4. λειτουργός Rō. 15. Et quædā alia. Ministeriū  
illorū quo populo Christi seruiūt plerūq; uocatur λειτ  
ουργία, ut act. 13. Rō. 15. Latini uocat ministerium,  
Et cum in re sacra fiat per Apostolos, sacrificium nomi  
nare licet. Est enim ministerium sanctum, Domino im  
pensum erga populum Dei, ut quando docendo Dei uer  
bo, orando Et sacramēti administrandis per Christi mi  
nistros, plebs Domino perfecta paratur, ut per ueram  
fidem in Dominum, charitatem erga proximum, gratia  
rum actionem seriam pro beneficijs Dei, suo etiam ipsa  
fungatur officio Et adducatur Domino, quod cum in coe  
na Domini administranda precipue Et grauissime fiat,  
profecto Sacramentum Eucharistie etiam λειτουργία  
olum appositissime uocabatur, uere enim sacram ministeriū  
est aut sacrificiū, quando panis Et uinum ex Chri  
sti instituto prolata, accepta, Et uerbo domini sanctificata  
differtuntur communioni, Et sic populus sacro uerbi et  
sacramenti huius ministerio, efficitur oblatio acceptabilis  
Deo Et sanctificata per spiritum sanctum. Qua ratione  
sacramentum hoc à patribus olim Et Concilijs, sacrifici  
um esse appellatum, docti facillime intelligunt, nō eo mo  
do quo uos uocatis Et hodie uenitatis, nēpe ut pro pec  
catis expiandis quotidiana uictima offeratur. Iam si lue  
bet, Missam appellate sacrificium, sed quod res ipsa cogit  
intelligit ministerium illud sacrum quod impendunt mi

nistri uerbi uel Episcopi, Ecclesiae Dei, cum inter appa-  
randum coenam Domini, Ecclesiam docent, hortantur  
ad orandum resipiscendum atq; sacramentum distribu-  
unt, quo fit ut populus Christo formetur pareturq; pecu-  
liaris & acceptus, absit igitur xvberis & uerborū, & intel-  
ligetur mens patrum & Conciliorum, at infra agemus  
hoc pluribus. Ad h.ec nondum uidemus scripturis sanctis  
probatum, in manibus sacerdotis in Missa, corpus &  
sang. Christi denuo pro uiuis, defunctis, & omni necessi-  
tate offerri debere aut posse, Et Ecclesia Christi sponsa  
tantum uerbo Dei nititur, consecrarium igitur, Ecclesia  
ueram, Christi spiritu ductam non credidisse unq, in Mis-  
sa quandam esse oblationem, qua iam primum sacerdos  
remissionem peccatorum nostrorum emereatur, ut fru-  
stra tot locos ex Apostolo congesseris, quibus ille schisma  
ta detestatur & haereses. Cane hanc cautionem alijs, nos Canti. 6.  
Ecclesiam unicam columbam & sponsam immaculatam, Ephe. 5.  
ut par est, ueneramur, atq; ab hoc monte Zion nullis he-  
reticorum incuribus deiici nos paciemur unq. Præterea  
irrides hebetudinem hereticorum, qui Ecclesiam mathe-  
maticam faciunt & inuisibilem, quid hic uelis non satis  
capiro, nam si Ecclesia nostra mathematica est, certe de-  
monstrabilis est, μαθηματικα enim disciplinam significat, ea  
presertim quæ oculari demonstratione discitur, uideri ig-  
tur Ecclesia nostra poterit, si mathematica est, cur ergo  
inuisibilem uocas? Sed illud innuis, opinor, Ecclesiam  
quandam confungi à nobis quæ imaginaria sit tantum.

Ioan. 10.

Matt. 16.

Ecclesia  
quid.

nullo loco demonstrabilis, q̄ iuste hoc dicas, uidebimus si prius abs te impetravero, ut si nullo prorsus eruditorum loco nos habendos censes, homines tamē esse fatearis sensu cōmuni p̄reditos. Ecclesiam itaq; tu cōstituis ut video, mathematicis dimensionibus demonstrabilem, que in carne iuxta carnem ambulat, ut quoties Romae aut in Concilio, aliquot Episcopi conueniūt, hic tu demonstras Ecclesiam, at cum digito facile possim monstrare aliq; multitudinem hoc titulo insignem, scire autem illos omnes, nā aqua solum, sed & spiritu baptizatos esse, non facile possum, immo doctrinam in ipsis plusq; carnalem conspiciam, & uitam doctrinæ per omnia resp̄odentem, quid agam? quo configiam? Et miraris adhuc, secus nos de Ecclesia cogitare, q̄ ex solis opinionibus quidam statuerunt? Sed & hoc displicet tibi & errorem uocas, q; docemus p̄seruari à Domino quosdam, ne persecutæ credat, quod omnino credendum non est, nos autem neq; Lutheranos neq; Eccianos, sed Christianos intelligimus, persuasiōnem habentes, Solos Christianos esse Ecclesiam super petram Christum adificatam, contra quam portæ infernales non p̄eualebunt, Et fatemur nos docuisse, Ecclesiam illā quæ electa Christi sponsa est, spirituā emēsse cōgregationem hominum in eandem fidem, spēm & charitatem spiritus, atq; ad huius ueritatis confessionem sumus adacti importunis quorundā clamoribus, qui quoties rogantur, ut fidei sue rōnem reddant, p̄ scripturis Ecclesia

obis obtrudunt, t. uinq; infallibilem credendorū regulam,  
¶ mox contra mutientes, Ecclesie hostes uocant. Cum  
autem eorum dogmata tam sine, non solum à scripturis  
sanctis, sed à sensu etiam communī aliena, sentire etiam  
haud magno negotio licuit, talium dogmatum autorem,  
quemuis potius esse q̄ spiritum sanctum. Quid Ecci?  
Tun iubebis hic Lutheranos clausis oculis tantum dicere,  
credimus? Vbi igitur manebit grauis hæc Christi ac sa-  
luberrima admonitio, Cauete à fermento phariseorum?  
si quiduis à quacunq; tandem congregatione decretum,  
citra omne iudicium nobis acceptandum est ut oraculum  
coeleste, hoc tantum nomine q̄ Ecclesiæ titulum præferat  
quando prophetarum monitis obediemus toties hortan-  
tium, ne pseudoprophetas audiamus qui somnia sua adfe-  
runt, non ex ore Domini? q̄ si errare nolenti necessariū  
est dijudicare doctrinam, ne paleas pro tritico imprudēs  
deuoret, quid in nos tam acerbis conuitijs intonas, si in  
discernendis spiritibus & doctrinis, querendaq; Eccle-  
sia quæ non falsa pro ueris tradat, occupati sumus, niſi  
nos penitus à Sedentium in Ecclesia albo expungis. No-  
nūs iampridem Ecclesiam uobis esse, congregationem  
Episcoporum in uno aliquo loco, at cum ab iis sepe tam  
male Christiana decreta exeant, Christianæ prudentiæ fu-  
erit, pressus intueri singula, & ad scripturæ gnomo-  
nem exigere, nec protinus tanq; sanctum & iniuiolabi-  
lem Verbum Domini amplecti, quicquid prætexto Ec-  
clesiæ nomine apud simplicem plebeculam ueniditatur.

Matt. 16:

Iere. 25:

Iam hic palpare nedum videre licuit, Papam Cardinales  
et Episcopos nihil minus esse q̄ Ecclesiam illam in scrip-  
**Ephe. 5.** turis tam celebratam, pulchram amicam in qua non sit  
**Canti. 5.** macula, unicam illam columbam & sponsam generosam  
**Ioan. 10.** Christi, siquidē sponsa sponso subdita, eius uocem audit,  
alienorum susurros horret, certo sciens, ut primum alic-  
nis procorum uocibus aurem prebuerit, turpissime for-  
**Matth. 10.** nicipari se & diuocio tandem à sponso reiiciendam. Vbi  
igitur tot alienæ uoces audiebantur, lupos potus q̄ pa-  
**Gala. 3.** storem adesse non suspicari non potuimus, Proinde colu-  
binæ simplicitati, serpentina prudentia erat iungenda, &  
firmiter credendum, Dei testamentum illibatum esse opor-  
tere, addi nihil posse quod ad iusticiam & salutem faciat,  
nec absq; discriminē quidlibet esse recipiendum, cum non  
incassum dixerit Saluator. Videte ne quis uos seducat,  
**Matt. 24.** multi enim uenient in nomine meo, dicētes Ego sum Chri-  
stus, multosq; seducent. Hic manifestum fit, fore ut no-  
men Christi & Ecclesiæ etiam erroribus & somnijs pseu-  
doprophetarum prætexatur, quare circumspectos nos  
esse oportet, ne tantis Titulorum præstigijs fascinemur,  
quod dum facimus Christiana freti libertate, qua Corin-  
thij olim ex Pauli doctrina utebantur, mox pertinaces  
hereticos, Schismaticos & Satanicos uocatis, sed indigni  
sumus qui pro nomine Christi contumelia afficiamur.  
Et ingenue fatemur, uisibilem illam quorundam absq;  
scripturis quiduis decernentium congregationem, quam  
monstratis, nos pro uera Christi Ecclesia habere nō posse

in qua tam periculose & toties erratum est, ubi tam oscie  
tanter uox sponsi auditur, in modo ubi tam impudenter ne-  
gligitur. Et fidei articulus obstat quo minus uobis cum di-  
camus, Palpare nos aut uiderem eam Christi Ecclesiam  
que est Sanctorum communio. Credimus enim Ecclesia  
catholicam, ac nisi rationem fidei ignoremus, Symbolo  
Apostolico coacti fatebimur, Ecclesiam demonstrari aut  
uideri tuo sensu non posse sed credi, quam tamen nonnulli  
contra scripturas, Babylonis septicollis adligare non dubi-  
tant, & cum Euangelium apud uniuersam creaturam Colos. 1.  
que sub caelo est prædicetur, eoque capiantur per rete Matt. 13.  
uangelij omnium nationum homines, ut è mari magno  
& spacio ad portum æternæ salutis protrahantur, ta-  
men intra quædam Europæ septa non uerentur Ecclesia  
circumscribere.

At ne somnia Lutheranorum esse credas que diximus,  
scripturarum testimonia producam, In medijs tribulatio-  
num procellis sic se solatur Apostolus, 2. Cor. 4. Quam-  
uis externus homo noster corrūpatur, internus tamen re-  
nouatur in dies singulos, Et Ephe. 4. Iubet deponere ius-  
ta priorem conuersationem, veterem hominem qui cor-  
rumpitur iuxta concupiscentias erroris, renouari uero  
spiritu mentis & induere nouum hominem qui iuxta De-  
um conditus est per iustitiam & sanctitatem ueritatis.  
An non licebit ex ipsis Apostoli uerbis extēnum, uisibilem,  
internum & inuisibilem hominem statuere? hoc est ue-  
terem creaturam carnis prolem, & nouam in spiritu re-

**E. Co. 15**

Natam? Iam quere Ecclesia, que Christo innixa, inuicto  
robore perstat contra portas inferorum, & inuenies ea  
esse internos homines, qui iuxta Deum conditi sunt per  
iusticiam & sanctitatem ueritatis, nam externi corrumpti  
puntur, & caro sanguisq; regni Dei hereditatem conse-  
qui non possunt, ut si uel lynceo ipso uideam acutius, ui-  
dere tamen & monstrare reformatos ad hunc modum  
spiritu Dei, non possum. Neq; ob id nostræ conditionis  
obliuiscimur, ut exuisse nos plane maculatam carnis tua-  
**Roma. 8.** nican, aut angelos esse factos arbitremur, nam gemimus  
**2. Cor. 5.** etiamnum sub mole terreni nostri domicilijs peregrinans  
tes à Deo. Non sic insanimus Ecclesiæ, scimus fideles in cer-  
tis quibusdam locis habitare corporaliter, nec meros esse  
spiritus, In carne enim uiuit & militat Ecclesia, non ta-  
men secundum carnem ambulat, pro corporum & pre-  
sentis uitæ necessitate in certis locis, rebusq; mundi degit,  
at secundum haec aestimari non debet, Ecclesia enim absq;  
cibo & potu hic non uiuit, cum tamen regnum Dei non  
sit esca & potius. Ita nunq; in hoc mundo Ecclesia Christi  
absq; loco & corpore est, cum tamen corpus & locus  
non sint Ecclesia, neq; ad eam pertineant, regnat hic spi-  
ritus libertas, quod uoluit Christus Luc. 17. cum diceret  
Non uenit regnum Dei cum obseruatione, neq; eos di-  
**Obiectio.** caturus, Ecce hic aut illic, ecce enim regnum Dei intra-  
uos est. Sed ait Paulum scripsisse passim Ecclesijs quas  
presentis uerbo Dei pauerat, monstrari ergo & uideri pos-  
se Ecclesiam, Respondeo, Signa sunt quibus agnoscimus  
Ecclesiam.

Ecclesiam esse in loco quopiam, nempe Baptisma, Euangeliū, Cœna Domini & Euangeliū Iesu Christi, in ijs enim corporaliter etiam congregamur, ut sit unum Baptisma una fides, unus Dominus Ephe. 4. Iam qui spiritum Christi habent, non difficile cognoscunt, ubi nā sit Ecclesia, maxime autem Euāgelio uelut Symbolo Ecclesiae haud fallaci, ut. 1. Cor. 14. Quod si omnes prophete tēs ingrediatur autem incredulus uel indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus & sic occulta cordis eius manifesta sunt, atq; ita procidentis in faciem, adorabit Deum, renuntians q; reuera Deus sit in uobis. En declarato ueritatis uerbo agnoscimus Deum in aliqua congregatiōne habitare, hoc est Ecclesiam esse Christi, Vbi enim Christus caput & redemptor agnoscitur, uerbumq; eius, pro uerbo salutis recipitur, eo loci est Ecclesia, sed que creditur, oculis corporalibus non uidetur, faciem hominum uidemus, Christus autem uidet & nouit eo loco suas oves, habet enim sponsam quandam irrepressibilem, pro qua se tradidit in mortem, & quam sibi pro Hosea uerbis, in fide, iudicio & iusticia despōnsauit, estq; prædestinatōrum numerus, nihil hic moror Hussiticum nomen, Horum aliquem ubi oculis nostris digito monstraueris, uicisti, q; si non poteris, parcias obsecro ista, hæreticus, insanus, hebes, an nescis cuius spiritus sis? Interea non ignoramus accipi Ecclesiam in scripturis nō varo pro congregatione Baptizatorum, aut qui populi Dei nomine censemur, quales quales illi sint. Simile est.

Ephe. 5.

Hose. 2.

B

trum regnum celorum uerriculo in mare iacto, bonos &  
malos pisces contrahenti, Matth. 13. Sic & in uer. testa-  
mento legimus, synagogam Dei uocari omnes filios Is-  
rael indiscriminatim bonos & malos ut Numeri. 20.  
**קָהָל יִהְוָה**, hoc est contio Dei, in qua non omnes erat  
Israel, et si essent ex Israel iuxta carnem, ubi LX X. ha-  
bent συναγωγὴ κυριου, & scimus quod multi inter eos  
fuerint impij, ad quem modum Apostolus scripsit Eccle-  
Roma. 9. sijs, hoc nomine comprehendens, quotquot baptizati, ob-  
nullum crimen manifestum e congregazione reiici com-  
merebantur. Verum nos de ea Ecclesia loquimur, cuius  
meminit Apostolus Eph. 5. que sola uere appellatur Ec-  
Ephe. 1. clesia Dei, quales sunt, qui in Christo anteque orbis funda-  
1. Tim. 1. mentia iacerentur, electi sunt ut essent sancti & irrepre-  
Roma. 8. henfribiles coram illo per charitatem, quorum spes una  
Rom. 11. Christus est, ij cum sint electi, certo uocabuntur, uocati  
iustificantur, iustificati tandem glorificabuntur, Dona  
enim & uocatio Dei eiusmodi sunt, ut eorum illum pœ-  
nitere non possit, ut nefas sit tanta errorum monstra uerae  
Ecclesiae Dei transscribere. Interim reprobi multi inter  
electos uersantur, & sunt in Ecclesia quemadmodum  
1. Ioan. 2. ulcera in corpore. E nobis (inquit Ioannes) profecti sunt  
sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permane-  
sissent utique nobiscum. Vides itaque quod plena periculi res sit  
ad usibilem aliquam congregationem configere, tanquam ad  
regulam ueritatis infallibilem, ad quam in rebus fidei de-  
cilio pertineat, cum fieri possit, ut ubi tu meros Petros

congregari putas, meri sint Iude, qui cum uestra opinione secundum presentem forte iustician fuerint prædestinati, tamen in re salutis nihil unq certo tenuerunt, nam cum non iustificemur nisi per fidem in Christum, & iustificatione nulli contingat nisi electo iuxta aurea Apostoli cautionem Rom. 8. Consequitur, cum non uocentur unq & iustificantur uere, reprobi, eoque fidem ueram nuaq obtineant, qua hic Dei mysteria capiuntur, nihil eos earum rerum intellexisse, ut oportet, quæ ad fidei articulos pertinent, ut stultissimus sit qui talibus citra delectum creditur, & sunt ex eis qui apertius q negari possit, fictam fidem scriptis prodiderunt, nihil minus q apostolicam ωλυροφορίαν ostendentes, quæ res coegerit hebetes hæreticos, à uisibili Ecclesia tua uerriculo nimium immunando prouocare ad Ecclesiam inuisibilem, hoc est ab heredis ad oues, pro quibus Christus pastor noster anima suam dedidit, & quibus solis agnoscitur, quæ deniq; solam archipastoris Christi uocem infallibilem audiunt. Porro si frater coarguere uolueris corā Ecclesia iuxta Christi præceptum, obserua ubi uerbum Dñi prædicetur sinceriter, et inuenies Ecclesiam, hoc est, Christifideles aliquot, quoniam uerbum Dñi non reuertetur uacuum ad emittem, sed faciet quecumq; uoluit Deus, & prosperabitur in his ad quæ misit illud Iesa. 55. Nam ex fidei prædicatiōe accipitur spiritus, qui fructus edet ab Apostolo ad Gal. 5. recensitos, q si pauci fuerint iusti in ea Ecclesia, Dei tñ Ecclesia uccidatur, ppter pios, magna hic paciētia opus est

Ioan. 3. 0.

Gala. 3. 5.

ut feramus Eccianum supercilium, quo in seitiam & ob-  
tusitatem exprobrat misericordis hæreticis, et si fortassis ipsi  
quoq; manum ferule subduxerint, nouerintq; iampridē  
in congregazione hominum, que alicubi uersatur, uincu-  
**Rom. 12.** lum esse unitatis & fidei, membrorumq; rationem mysti-  
**1. Co. 12** cam, sed illam fidelium & in spiritu unitorum congrega-  
tionem, qui soli membra sunt mystici corporis Ecclie,  
non monstrabis oculis carnalibus, ne Iudam pro Petro  
indices. Post multa conuitia ministros impietatis prouo-  
cas, ut citent Orthodoxos qui Missam negarint sacrificiu-  
m. En tibi illos Eccl, Apostoli & omnes ueri apostolicæ  
fidei imitatores hoc sacrificium, quale uos fingitis igno-  
rarūt, nam fides eorum pendebat à uerbo Dei, quo pro-  
bari hoc sacrificium nunq; poterit, non igitur credidere  
quod uos creditis.

Postremo Lutherum nominatim inuidis, contendens  
**Ecclesiam à M. CC.** amis non errasse, nec tam paucos  
habuisse Christianos, alioqui eam in angustias contrahi,  
contra prophetarum iaticinia, que Ecclesiam fore latissi-  
mam tradiderunt, ubi primo Mosen citas de promissione  
Abrahamo facta, Omnes gentes benedicetur in semine  
tuo, Item semen tuum erit sicut arena. &c. Respondeo,  
**Gene. 22.** Benedici omnes gentes in semine Abrahami, qui est Chri-  
**Galat. 3.** stus, nostrum est Euangelium quod sedulo prædicamus,  
**Ioan. 3.** scientes quotquot Semen hoc benedictum fide receperint,  
**Rom. 10.** saluos fore, q; à maledictione legis per Christum liberen-  
tur, Hic enim perfectio legis est ad iustificationem omni-

redenti. Scimus etiam multiplicatum iri Abrahæ semen  
ea fœcunditate ut multi ab Oriente & occidente, ab a-  
quiloni & Austro, sint uenturi ut hæredes salutis cum  
Abraham, Isaac & Iacob efficiantur, Luc. 13. Matth. 8.  
nullus hic plane precisæ pelliculae respectus erit apud  
Dominum, qui Iesa. 45. clamat, Respicite ad me & salui  
eritis omnes fines terræ, per me iuraui, exibit ex ore meo  
in iusticia uerbum & non reuertetur, quia mihi slectetur  
omne genu, iurabit omnis lingua, Eiusmodi non parum  
multa de gentium uocatione suggerrunt Prophetæ, ut he-  
betudo nostra iampridem uiderit, q̄ late patet Euangelij  
potentia, nec hoc probandum nobis erat, sed illud potius,  
an qui benedictionem hanc consequuntur per fidem E-  
uangelij, uestrum Missale sacrificium crediderint, quod  
probare non potestis, nisi Christum offerri denuo in ter-  
ris scripturarum autoritate sit conuictum, an & nos in  
numero benedicendorum simus, iam non disputatur, sed  
adseritur erratum esse ab ijs qui uerbo Dei relicto, homi-  
num decreta sunt secuti. Quare non negamus, omnes  
gentes benedici in Christo, benedicuntur enim qui credūt  
Euangelio, qui non credunt in maledictione permaneant.  
Ex signo autem uniuersali omnes, non colliges, saluando-  
rum numerum maiorem esse numero damnandorum,  
quia non omnes credunt, q̄ si citra scripturarum collati-  
onem rigorem logicum in signo uniuersali obseruauero,  
In Origenici dogmatis hæresim incidi, Et miror sane eur  
abhorreas tantopere ab hac sententia. Pauci saluantur, uel

Ioan. 3.  
Mar. ult.

plures in errore permanēt, q̄ illuminentur, cū toties R̄s  
liquarum populi scriptura meminerit que à perditione  
eripiantur, Christus ipse Matth. 7. Introite (inquit) per  
arctam portam quoniam lata est porta & spacioſa uia  
que abducit in exitium, multiq; ſunt qui ingrediuntur  
per illam, quoniam angusta eſt porta & ſtricta uia que  
ducit ad uitam. Et pauci ſunt qui inueniunt eam. Habes  
Ecci multos ingredi uiam exitij, paucos uiam uite, &  
adhuic miraris paucos ſaluari. De ratione uoluntatis di-  
uinæ nihil diſputo, que ſcriptura habet, fideliter recito,  
interrogatur & in Luca Christus. An pauci ſint qui ſa-  
lutem confequantur. Ille uero respondet. Contendite in-  
trare per angustum portam, quia multi dico uobis, que-  
rent intrare & non poterunt. En multi querent, sed nō  
multi poterunt, Matth. uero. 22. Paucos eſſe electos Pa-  
rabola nuptiarum docet. Proinde de omnibus Terre tri-  
bubus benedicendi magnifica Dei promissio impletur,  
et ſi maior hominū multitudine benedictionis illius ſalufi-  
cæ exors manferit, tum multitudine gentiū in uarijs natio-  
nibus que à tempore Apostolorum uſq; ad consumma-  
tionem ſeculi credit Euangeliū, conferenda eſt Synagogæ Is-  
raelis iuxta carnem, que & tum intra unius terre limi-  
tes conſtricta, ex qua admodum portio erat & iam eſt,  
tot gentium regnis ampliſſimis collata, quibus non abſq;  
fructu predicatorum Euangeliū, et non impinges nobis Do-  
natisticam impietatem, Interim meminerimus probe q̄

multi ultimis temporibus sint à pseudoprophetis sedu-  
cendi, à quibus si monitionum Christi & Apostolorum  
ignavi contemptores non cauerimus, iacturam animarū  
faciemus grauissimam. Mox producis locum Iesa. 27.  
de semine Israel per orbē propagando, q̄ nostrae adserione  
nihil repugnat, non solum enim credimus, sed etiam gau-  
demus uincam Dñi Zebaoth, cuius eo in loco propheta  
meminit, q̄ latissime propagari, scientes ingressurā Gen= Rom. 11.  
tium plenitudinem, que ab Oriente & Occidente uentu Matt. 8.  
ra est ut accumbat cum Abraham, Isaac & Iacob in reg-  
no celorū. Nos autem de periculosisima ultimorū tem-  
porum parte conquerimur, qua pro Apostolis regnarū  
in Ecclesia opinatores scholastici, Missam pro sacrificio  
habentes, peccata expiante, quod à doctrina Patrum or-  
thodoxorum, maxime alienum est. Et dolentissime feri-  
mus tan̄ multos pseudoapostolorum adiuventiones secu-  
tos, Verba item Iesa. 42. de uoc. gentium nouimus que  
compleri coeperunt, simul ac Apostoli Salvatoris iussu  
testes esse coeperunt resurrectionis Ihesu Christi in Sama- Acto. 1.  
ria, & usq; ad extrema terre, gentibus Euangelizantes  
ut fide ex auditu uerbi concepta, cohæredes & eiusdem  
corporis, consortesq; promissionis Euangelice in Chri-  
sto fierent, hæc omnia implenda erant suis temporibus.  
Verum his non efficitur, quo minus & hæc impleantur  
que de Sectarū autoribus & defectione à fide, Christus et  
Apostoli prædixerūt. Eadē ad locū Iesa. 49. respondeo,

quāq̄ non uideam, quomodo reges terre iuuent Ecclesie edificationem que in spiritu fit, nisi exterriam in Ecclesia pacem intelligas, quando offendiculo crucis aboliō, temporalem pacem habere coepit Ecclesia, quam sanctus Martyr Cyp. putat persecutionibus florere & crescere non pace seculari, Certe hac pace uidemus opes supra modum auctas, auctam uero pietatem adeo non uidemus, ut nihil aequa fidei negotio obsuiisse in confessio sit. Video autem hoc capite prophetam ostendisse primo Ecclesiam, et si coram mundo sit peripsema, ut cuius filii propter Dominum morti tradantur tota die tanq̄ oues matationis, fore tamen gloriosam propter Dominum qui fidelis est. Nam in tempore constituto & die salutis, nema pe Apostolis Christum annuntiantibus, Dominus adiuuit & seruauit Israelem uerum, tum Christifidelibus Sanctū Israel palam & intrepide confidentibus, mox ijs qui peccatorum vinculis compediti in tenebris ignorante & impietatis sedent, dicetur exite, & siti fameq; spirituali afflictis ostendentur pascuuit, & scaturigines aquarum uiuentium, & mira securitas promittetur, qua uocatione futurum, ut ex omnibus mundi partibus magna multitudine filij Dei exeant & migrant ad coelestem Ierusalem, regno cœlorum iam uim paciente, mox cum Ecclesia de suorum paucitate conqueratur, Dominus exemplo maternæ dilectionis eam suauissime solatur, charitatem suam commonestrat incomparabilem, ut qui semper respiciat suos & obseruet ut pupillam oculi sui, & edificationem

Spiritualis Ierusalem commemorans, ædificatores promittit non eos ut tu putas, qui immanes basilicas pinnaculis excelsissimis construunt, sed Apostolos quibus potestas data est in ædificationem, iij uerbo Dei ædificant tropo scriptaræ notissimo, una enim manu faciunt opus, altera gladio uerbi arcere à muris Sanabaltos et Thobias destructores, & hostes Israelis. Regnum enim Christi Verbo Domini consistit ut in fronte huius capituli prophetæ ostendit in uerbis Christi, Et posuit os meum in gladium acutum, prædictit igitur Prophetæ exituros ex Ecclesiæ eiusmodi deuastatores id est pseudoapostolos, qui Sataniæ doctrinis demoliri conantur ædificium Ecclesiæ, eaque desolatam facere, ad futuros autem structores qui ipsam extruant ut potest Apostolos, quorum opera spirituale ædificium efficitur, ut Ephe. 2. Estis conciues sanctorum ac domestici Dei superstructi super fundamentum Apostolorum & prophetarum summo angulari lapide ipso Ihesu Christo, in quo quæcunq; structura coagmentatur ea crescit in templum sanctum Domino, Et. 1. Corin. 3. Ut sapiens architectus fundamentum posui, Super hæc iubetur Ecclesia attollere oculos, & uidere adfluentem undique multitudinem fidelium, qua haud secus ac sponsa, redimiculis ueniat ornanda, quam multitudinem Ecclesia admirabitur, ut que numero synagogam longe supereret & dicet, Ecce ego derelicta fui sola, quis genuit mihi illos? nec frustra si numerum consyderes eorum quos Evangelij predicatio in Ecclesiam collegit respectu eorum

qui in lege. Sed quid in his habes, quo iuste oppugnantur  
Lutherani? Preterea ex ca. Iesa. 54. fœcunditatem Ec-  
clesie et synagogæ sterilitatem inducis, que omnia nemo  
ignorat sed causæ præsentis nihil suffragantur, Iudei per  
incredulitatem inutiles et defrauti ramū, neglectæ uisita-  
tionis poenas dant, nam plusq. 1500. annos excæcatus  
et miser populus, uere dies multos sedit sine rege, sine  
principe, sine sacrificio et sine altari et sine Ephod et  
sine theraphim Hoseæ. 3. Interea ubi ante, erat nō popu-  
lus, factus est populus electus et filii Dei uiuentis, Tan-  
to tempore nos qui longinqui eramus, propinqui assidue  
per Christum efficimur, et qui à repub. Israelis eramus  
ab alienati, iam filijs regni deserta domo exulantibus, ad  
testamenta promissionis uocamur, quid igitur mirum, si  
gentium Ecclesia excrescat in iustum latitudinem à pro-  
phetis prædictam? donec Rex Zion auertat impietas  
à Iacob et dispersus Israel reuertatur ad Dominum suū,  
et uerum David in nouissimo dierum, Hæc dixit Do-  
minus exercituum, quare impleri omnia oportebit, nam  
usq; ad finem mundi colligit dispersos filios ueri Israelis  
pastor ille bonus, neq; tamen dormit interea nostri gene-  
ris professus hostis, cuius est dispergere et excæcare sen-  
sus incredulorum, ne illucescat illis lumen Euangeli glo-  
riæ Christi, ut multi pereant, idq; potissimum in extre-  
mis diebus. Quod si errare uiros tantos et tantam homi-  
num multitudinem seductam tanto tempore putas incre-  
dibile, Serio excute in que tempora nos inciderimus,

nempe in ea que plena periculorum spiritus s. prædictis,  
in quibus clausi signatiq; sunt sermones usq; ad tempus  
statutum, ut habet Daniel, & horum mentionem Christi  
fuis facit Luce. 18. Quando filius hominis uenerit, an  
reperturus est fidem in terra? Et Matth. 24. abundabit  
iniquitas, charitas refrigerescet multorum, surgent Pseu-  
doprophetæ, & pseudo Christi, & dabunt signa magnis,  
ita ut in errorem inducantur, si fieri possit etiam electi,  
multi pseudoprophetæ surgent & seducent multos. Ipse  
nosti q; turpiter neglectæ iacuerint sacrae litteræ in toto  
mundo tot seculis. Nam memini cum fauore achademiæ  
Ingolstadiensis ante aliquot annos simul Augustam pe-  
teremus, ubi cū Zinesio italo in palestra disputatoria erat  
congrediendum, & ille homo semicanus ex philosophia  
Aristotelis & commentario Auerrois, tantum axiomata  
mere philosophica proponeret, tu publice in templo  
Carmelitarum indignabar, q; tam non Theologica dis-  
putarent Theologi, & tum ex te audiui nihil æque di-  
splicere tibi, ac uerae Theologie tantum neglectum.  
Iam circumspice omnes orbis achademiæ, animaduerte  
que studia simus hactenus sectati & fatebore, totum  
ferme tempus uitæ in hominum commentarijs esse trans-  
actum, sacris litteris interim situ squallentibus. Vide eti-  
am quis aliquot iam seculis Ecclesiæ rexerit? nonne tra-  
les Theologi scholastici? Et nos preclare actum esse no-  
biscum existimabamus, sicubi nobis tales obtigissent,

z. Pet. z.

Sed ubi interim sana doctrina? Quæ cùm negari non possunt, frustra miramur pro luce uerbi, tenebras hominum regnasse, et impleta quæ Paulus prædictis. 2. Timo. 3. Erunt in extremis diebus homines sui amantes, formam pietatis habentes, sed qui uim eius abnegarint. Quid sequitur? num iubet talibus consentire propter longum usum? minime, sed ait, Istos auersare, ex iis enim sunt qui subeunt in familias & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, nonne cœu digito notat mendicantū Sectas in hoc unum tot seculis incumbentes, ut sibi conscientias obstringant, uanisq; promissis lactent instabiles animas, merita speculationum, cantuum, orationum, fraternitatū papyro & sigillis uendentes, gratiam redemptionis penitus obscurantes, ij sunt qui facticijs sermonibus de nobis negotiantur & Dominum qui illos mercatus est, abnegant, quantum hic chartarum insumerem, si tantum uotarium monastiken uacaret scripturae penicillo depingere? Neq; tamen ierim inficias nonnullos ex perditione sectarum creptos, sicut Ananias Azarias & Misael in fornace Babylonica seruabantur illæsi, nam et inter spinas succrescunt lilia, & electi errare possunt ad tempus, at induci aut in errore perdurare non possunt, ut facile credam multos simplicitate quadam usos cum multitudo ne Missa & reliquis id genus additamentis, ceterum non posuisse in his rebus ullam spem iustitiae & salutis. Sed in solo Christo, uidere tamen non poterant, quo nam luto bererent, nempe clausis etiamnum Dei sermonibus iuxta

Danielis uaticinium. Et hoc forte tibi absurdum uidebitur, sed memento prædictum à Christo, fore ut sancti errarent, non tamen in errore persistant & pereant, quod ex de Ecclesia iudicandum est, que cum super petram Matt. 16. Christum sit ædificata, indubitatum est, inferorum portas contra eam non præualituras, & si interim in hac peragrinatione non semper uideat omnia & alicubi labatur, cum autem fides in Christum, caput sit rei qua super Christum ædificamur, seruati sunt quotquot in ea fide obdorauerunt, quis ex ignorantia interim quibusdam rebus communiter sint usi, preter & contra Christi institutum, siquidem in ijs non collocarunt spem salutis.

Nobiscum secus agitur, qui si agnitam & denuo oblatam ueritatem respuerimus, cum Iudeis occocabimur, & in reprobum sensum trademur, mensa nostra uertetur in laqueum, in captionem & offendiculum, obtenebrabuntur oculi nostri ut habentes oculos, non tamen uideamus, Atq; ut plane quid in supra dictis sentiam uides, Synagogæ cōditionem expendamus, ubi electi in quisbusdam errarū ad Dei cultum spectantibus, cum autem non in ijs male inuentis, sed Domino spem fixam habent, Domino ignoscēt seruati sunt. Iudeis preceptū erat Deut. 12. ut in certo loco à Domino electo sacrificarent Synagogæ nempe Ierosolymis, populus tamen in excelsis rem sacrā conditio facere non desstit, Legimus item Regem Aſa facuisse quod placitum erat Domino, quemadmodum & de Da 3. Re. 15 iude scriptura testatur, nec tamen amolicbatur excelsa,

nihilominus cor Asa perfectum erat cum Domino Deo  
suo omnibus diebus uite suæ. En errorem Ecclesiæ ante  
natum Christum, quem etsi Dominus aliquandiu tulerit,  
nemo tamen probabit, quia uerbo Domini plane est con-  
trarius, sic mirabilis est Dominus in sanctis suis, filii qui-  
dem sunt, sepe tamen multis ignorantias & peccatis cir-  
cumdati, ut iure David uir sanctus dixerit. Delicta quis  
intelligit? ab occultis meis munda me, ignorantias meas  
ne memineris. Idem accidit aliquot seculis Ecclesiæ noui  
testamenti, postq; Christi Euangelium traditionibus ob-  
scurari coepit, doctrina uitiata, fides quoq; uitiata est &  
creditorum, quod Christus & Apostoli ad credendum non  
proposuerunt, in electis tamen credendorum Basis non  
labefactata est, ut qui per Christum iustificari & saluari  
se crediderunt. Interim tamen potuerunt errare in nullis,  
uoluntatem Dei in omnibus, & quæ huic contraria  
sunt, non plane uidentes. Quibus omnibus obstrepent  
inueterata consuetudo, tot seculorum consensus, & in pri-  
mis humanæ rationis iudicium, sed quid faciam? Video  
à prophetis et Apostolis hæc predicta, iamq; uerbo Do-  
mini facta huius seculi respondent, ac nisi contra uerita-  
tem & conscientiam agere uelim canem mutum, clama-  
re cogor et monere Ecclesiæ, ne stertat, ac ne se hactenus  
putet tam fuisse tutam ac foelicem, q; nonnulli arbitrantur.  
Apostolus act. 2 o. sic monet presbyteros Ephesinae Ec-  
clesiæ, Attendite uobis & cuncto gregi, ego enim noui  
hoc q; ingressuri sint post discessum meum lupi graues

in uos, non parcentes gregi, & ex uobis ipsis exorientur  
uiri loquentes peruersa ut abducant post se discipulos,  
propter quod uigilate. Cur hic stertimus & quasi haec  
nihil ad nos pertineant ociosi in utramque dormimus au-  
rem, tam grauium admonitionum prorsus immemores?  
Rector tenebrarum & pater mendacij nunquam non obam= 1. Pet. 5.]  
bulat cui leo rugiens queritur, quem deuoret, atque in pri= Ephe. 6.  
mis fidei arcem mille dolis oppugnat, haec cum facilissime  
capiatur ubi fores patuerint pseudodoctrinis ferratas un-  
dique pseudodoctorum copias in perniciem Ecclesiae instru-  
it, cum denique ultimus potissimum temporibus uenena  
mendaciorum suorum longe lateque sit sparsus. Apo-  
stolo teste, inexpialis ignavia fuerit quasi in certissima  
pace, omnia imaginari tranquilla & bonum quendam  
Ecclesiae statum, qui nulla ex parte ab apostolica institu-  
tione defecerit, sed perfectior euaserit. Hec Pauli fulmi-  
na si in nos torques, torque, modo scias graues lupos esse  
non posse, qui preter purum Dei uerbum nihil docent in  
Ecclesia, nos autem sedulo id agimus ut que dormientis  
bus hominibus in agrum Domini zizania sunt semi-  
nata, euellantur, & puritati sue Euangelice, cultus Dei,  
qualem no. testamentum postulat, quod primum restituatur.

Errare fortassis Ecclesiam dabis, sed errare tam diu  
posse renuis, Respondeo, Diuturnum errorem etiam in Sy-  
magoga fuisse, quis Deus habitaret in Israel, Nam a rege  
Rechabeam uero ad Hischiam & Iosiam erratum est,

Obiectio.

Si quidem Excelsa contra uerbum Dei facta, non abole-  
bantur, sed frequentabantur, quid nos de occulto iustissi-  
moq; Dei iudicio disputamus, apud dominum nulle anni-  
us dics unus? In nouo testa. prædictis Christus tantum fo-  
re errorem, ut uel electi ægræ sint euasuri, utinam peni-  
tius introspiceremus Apostolicas monitiones de ultimo\*  
rum temporum tenebris & periculis, facile enim cerne-  
remus dicrum ultimorum errorem fore horribilem, mag-  
num & diuturnum, putabam & ego olim fieri haud pos-  
se, ut tam diu erraret Ecclesia. At postq; grauissimas  
spiritus admonitiones attentius legi, quibus iubet obser-  
uare extremos dies, cum audissem tonitrua illa ingentia,  
que uel quemuis lethargicum queant expergefaceret,  
qualia sunt act. 20. 1. Timoth. 4. 2. Timoth. 3. 2. Pe. 2.  
2. Thessa. 2. cum deniq; animaduertissim ista tam osci-  
tanter hactenus lecta, imò tam impie neglecta, protinus  
desuui mirari, que mihi ante penitus uidebantur impossibi-  
lia. Et quis tam saxeus est, cui non lachrimas exsuffiant  
horrenda Apostoli uerba. 2. Thessa. 2. cum ait. Deus mit-  
tet illis efficaciam illusionis ut credant mendacio ut iudi-  
centur omnes qui non crediderunt ueritati, sed approba-  
runt iniusticiam, Hæc una de ult. temporibus prophetia  
merito circuſpectiores nos reddere debebat, nisi essemus  
ad Dñi uerbuſ surdi. Finge si lubet nos ipsa etiam cæcitate  
cæciores, uidere tamen tam cæcis haud difficile erat, effi-  
caciem quandam illusionem regnare in Ecclesia, nec tam  
felici conditione hactenus fuisse Ecclesiam, sicut quidam  
sonuant,

sominiant, qui preter externam tranquillitatem & speciosam  
hypocrisim nihil cernunt. Intuere doctrinam Christi  
& Apostolorum & simul faciem Ecclesiae quam defensis,  
& palpabis ueritatem quam scribo. Profecto si rotus  
mundus iuberet securos esse, & nihil iussiam esse periculi  
clamaret, securi tamen esse non possemus, postque spiritus  
sicut tam terribilitas nostri temporis portenta, tantamque  
errorum caliginem prae*dict*ixit, et nos apostolicæ doctrinæ  
ta difformia uideamus, quæ tu in Ecclesia tua probas omnia.  
Clamabat & olim pseudopropheta, pax pax, cū nō  
esset pax, sed propter impietatem Synagogæ turbo domini-  
nicæ indignationis egredetur, & tempestas erumpens  
super caput impiorum immineret, nam Ieremiah dicit à  
propheta usque ad fæcrodem, cunctos esse mendaces, &  
populifanare contritiones ad ignominiam, Et cap. 10.  
Stulte (inquit) egerunt pastores, Dominum non quæsie-  
runt, propterea non intellexerunt, & omnis grec eorum  
dispersus, non dissimiliter clamant hoc tempore multi;  
Recte omnia, pax est in Ecclesia duce Papa, non est pe-  
riculum, non errat, Sed interim clamare non cessat &  
tuba apostolica ab ultimi temporis erroribus cauendum  
premonens, uerum quo minus liceat electis circumspici-  
cere qua sit eundum, & qua sit inter tot errorum deuia,  
recta ueritatis semita, quidam solo odio in nos hæc omnia  
detorquent, ut impleatur quod prae*dict*it Petrus, per quos  
via ueritatis maledictis adficietur. Videat dominus &  
requirat, nos qui hæretici uobis habemur, comuni etiam

Iere. 8.

.23.

Vox præ-  
dicatorum  
uentris.

2. Pet. 2.

C

Matt. 1. dura indigni, gratias agimus Domino, qui haec reuelas  
uit parvulis, & elegit nos ab inicio in salutem per sancti-  
ficationem spiritus ac fidem ueritatis, ad quod uocauit  
nos per Euangelium in acquisitionem glorie Domini  
nostrri Ihesu Christi, quem quod ad nos attinet, uniuerso  
mundo in salutem animarum innescere q̄ maxime op-  
tamus, Et ut finem faciamus prologi, colligemus argu-  
mentum tuum ex prophetis, & uim omnem ratiocinatio-  
nis tuae in summam.

Sūma p̄e- Prædictum est à prophetis Ecclesiā fore latissimam in-  
dictorum. gentibus, Ergo in angustias non est à quoq̄ contrahend. Sed instas  
Huc usq; consentimus.

Sed Lutherani contrahunt Ecclesiam contra uerba pro-  
phetarum, ergo Sunt hæretici scripturæ contempnatores.  
Antecedens tibi non damus, quippe qui eam, quam pro-  
phetæ tribuunt Ecclesiæ latitudinem, ut oportet, relin-  
quimus intactam. Sed instas probando, Lutherani eos  
tantum pro Ecclesia habent, qui Missam negant esse sa-  
crificium, sed illorum fuerunt & sunt pauci. Respondeas  
quis dubitat Ecclesiam Christi ita credere, ut p̄a-  
scribit uerbum Dei? At qui legimus, unum fuisse sacrifici-  
cium pro peccatis nostris, in cruce sufficientissimum, nul-  
lum ergo aliud sacrificium pro peccatis credet Ecclesia.  
Scimus quidem electos posse errare, sed non permanente  
in errore pertinaciter, qua ueritate, ut ut se multi oris con-  
fessione gesserint, sicut spero, non parvum numerum tue  
Ecclesiæ abstulero, ne forte me premas numero. Dein si

Eiam ultimis hisce temporibus maior multitudo à fide de-  
fecisset, corde uobiscum credens Missam esse sacrificium  
pro peccatis, nihil tamen contra prophetarum oracula  
admitteretur, utrumq; enim prædictum est, & latam fore  
Ecclesiam, ut uerus Israel radicet & fructificet, & pro-  
pagatione faciem orbis impleat Iesa. 27. & multos esse  
seducendos per deceptionem iniustitiae in his qui pereunt  
pro eo q; dilectionem ueritatis non receperunt in hoc ut  
salui fierent, nihil inq; contra prophetas geritur, nam la-  
tudo Ecclesie gentium nihilominus erit, qualem præsti-  
tuit Ecclesie Dominus & prædixit spiritus s., atq; eius  
spiritus sancti uaticinia de multis seducendis imple-  
tur. Taceo interim q; semper multo plures q; putatis, ue-  
stris doctrinis dissenserunt, tametsi, ne ē synagoga ex-  
cluderentur, ore non semper sint confessi quod senserunt.  
Credant alij neminem non, decretis Papæ adhæsse, ego  
nihil dubico, sicut olim in Isræl, ita & hoc tempore reli-  
quias suissecundum electionem gratia, & septem milia  
hominum præseruata, quæ non inflexerunt genu imaginis  
Baal, ut uanus sit ille metus de contrahenda in angustias  
Ecclesia Christi, subuerti pseudoprophetarum somnijs  
multorum fidem recte cum Apostolo metuimus, horren-  
dam & efficacem illusionem ultimis temporibus regnati-  
ram scimus, solidum tamen stat fundamentum Dei, ha-  
bens signaculum hoc, Nouit Dominus qui sunt sui.  
Interea siue deficiant homines à fide, siue accedant, nobis

2. Tim. 2.

in Verbi Dei lucernam desigendi sunt oculi, non homi-  
num uel multitudo uel paucitas attendenda, cum non ab  
hominum numero, sed uerbi diuini firmitate fides nostra  
pendeat, omnis homo mendax, uerbum autem Dei uerax  
& stabit in aeternum. Si uerbo Dei congregatur, & in  
Iesiae. 40. spiritu gignitur Ecclesia, certior nobis & tutior uia erit  
Ephe. 1. protinus ad uerbum Dei respicere, iuxta Petri admoni-  
tionem, qui ait. Habemus firmiorem sermonem prophe-  
ticum, cui dum attenditis ceu lucernæ apparèti in loco ob-  
scuro, recte facitis, donec dies illucescat & lucifer exori-  
atur in cordibus uestris, et Psal. 119. Lucerna pedibus  
meis uerbum tuum, declaratio sermonum tuorum illumi-  
nat, & intelligentes facit simplices, & Psal. 11. Eloquia  
Domini eloquia casta, argentum igne examinatum pro-  
batum terra purgatum septuplum, que omnia uerbo hu-  
mano tribui no[n] possunt. Et Psal. 19. lex Domini imma-  
culata uel perfecta conuertens animas, testimonium Do-  
mini fidele, sapientes facit eos qui sunt simplices, constitu-  
tiones domini rectæ letificantes cor, mandatum Domini  
purum illuminat oculos, Deniq; psal. 107. Misit uerbu-  
sum & sanauit eos. Cum itaq; uerbum Domini illumi-  
net cæcos, ex simplicibus faciat sapientes, cum purissimæ  
uitæ, ad nescio cuius uisibilis Ecclesiæ decreta abduci nos  
pateremur? non ad hominum multitudinem, nec ad con-  
suetudines annosas, sed ad legem & testimonium no[n] pez-

icitur Iesaiā cap. 8. Qui non dixerit iuxta uerbum hoc,  
non ei diluculum, Viden ad uerbum Domini non ad ho-  
minum multitudinem esse respiciendum? Audimus mul-  
tos ultimis temporibus seductū iri. Age si multi illi, sunt  
Lutherani, quos ita uocas ob incredulitatem in aeternum  
damnandi, ubi tum manebit latitudo Ecclesiae tuo iudicio?  
Si multi illi sunt, qui Papae decretis adhæserunt, quid er-  
rorem tueris? At qui maiorem multitudinem putas à te  
stare in fide catholica, citans Hyspanos, Anglos, Germa-  
nos, Liuonios, Indos, Armenos, Syros & Aphros, Reli-  
quos ut paucos his diebus ultimis contendis errare, ubi  
igitur complentur quae prædicta sunt ab Apostolis, de  
ult. temporum periculis, erroribus & apostasia multo-  
rum, si hactenus omnia tam fuere tuta in Ecclesia? Esto  
sanè paucissimus, qui Missam negamus esse sacrificium,  
num ideo à fide nos defecisse certo definies? Si à pauci-  
tate uel multitudine argumenta desumpserimus, consola-  
tur nos Christus Luc. 12. Noli (inquit) timere pusille  
grex, quia complacitū est patri uestro dare uobis regnū.

## RESPONSIQ AD CAPVT SECUNDVM.

**T**andem rem ipsam adgredieris, testimonia ex scrip-  
turi proferens, quibus Missam esse sacrificium ad-  
struis. Primo omnium ex Maleachi cap. 1. hunc lo-  
cum citas, Ab ortu solis usq; ad occasum eius, magnum  
nomen meum in gentibus, & in omni loco incenditur &

Caput  
.2.

offertur nomini meo oblatio munda , quia magnum est  
nomen meum in gentibus , dicit Dominus exercituum .  
Hic locus cum ante quadriennium à Schatzgero ad con-  
firmandum Missæ sacrificiū produceretur , prima fronte  
uidebatur mihi non nihil facere ad institutum tuum , et si  
petuo refrigeretur Epistola ad Hebreos , At cū ppius  
rem omniē cōsydero , statī didici longe aliū subesse sensum  
pphet.e uaticinio , ut hinc sacrificiū Missæ , quale uos sta-  
tutis , pbari nequaq̄ possit . Sed accurate excutianus p-  
phet.e mentē , ne relicto nucleo , in cortice frustra tumul-

Cum ostendisset Propheta sacerdotium (tunc mur.  
Iudaicū & carnalia sacrificia reprobatū iri à Dño , sub-  
dit quale iam futurū sit in orbe sacrificiū non re,pbandū .  
Nam Iudei falsam hinc iustitiae fidutiam ceci concipiebāt  
qua de re male audiunt in prophetis , perpetuo cordis im-  
puritatē exprobrantibus , & eiusmodi erant eorum ui-  
ctime , ut cedere ipsas ueris sacrificijs uelut umbras luci  
Dñs porro uoluerit , quandoquidem usq; ad tempus cor-  
rectionis plerāq; eiusmodi īposita , & ueri cultus Dei ,  
tantum umbræ quedam erant , que non poterant iuxta  
conscientiam perfectum reddere cultorem Heb. 9. Ideo  
abolitionem Iudaicarum cæmoniarum prædicti , mu-  
tandumq; cultum carnalem , in spiritualem , deniq; gentiū  
uocationem aperte testatur quasi d.hactenus in Iudea  
quidem notus fui & celebratus , ubi carnalibus uictimis  
mihi aliquandiu seruissis , neq; tñ integris ut lex exigit ,  
sed quo mihi tandem multitudinē uictimarum uestrarū ?  
satiatus sum holocaustis arietum & adipe pinguium , q;

hec quæsivit à manu uestra ? satis prælsum est per umbras, ueris rebus, thaurorum & hircorum sanguis nec me delectat, nec uos purificat. Et ego cœli terraq; Dñs, cuius sunt omnia, non in una tantum Iudea, crasso illo et corporali cultu amplius celebrabor, siquidem Dñs omnium, non Iudeorū tantum sed & gentium, ab omnibus iure colendus sum, Abrogandū est quod præcessit preceptum, propter imbecillitatem & inutilitatē, non enī ad pſe Hebre. 7.  
tionem adduxit lex. Proinde tempus est quo porro omnes Pſal. 116. gentes in ueritate laudent nomen Dñi, & collaudent eū omnes popl'i, aliud posthac sacrificiū nūbi offeretur, nō claudicans & languidū, quale ne dux qđem terrenus grato anno suscipet, sed mundū, idq; non in manufacto tātum tabernaculo aut in Iudea tantū, sed in om̄i loco, nam ab ortu solis usq; ad occasum laudabile nomen Dñi.

Hactenus in genere quid uelit propheti, tanq; τακταφραστής explanaui. Restat ut quod nā sit illud sacrificiū mundū in gentibus p̄quiramus. Si externā aliquā oblationē, externi sacerdotij cōminiscimur, Iudaismū reducimus, Iudeorū enī cultus diuinus in uictimis quē hic ppheta reiicit, externus figuralis et cærimonialis erat, Internū et pſectū noui testa, cultū significans, & Hiero. ex eodē pphetae loco intellexit spiritales uictimas, carnibus successuras. Nouū enī testa, coli Deū in ſpiritu et ueritate docuit, plane Iudaicā illā cærimoniarū seruitutē ignorans, quæ etiamnum mordicus tenetur à quibusdam. Si autem Christum offerre Deo patri pro peccatis in Sa-  
cramento Euchariftie conabimur hostiam incruentam.

tota scriptura reclamat, quæ Christū docet una pro peccatis nostris oblata uictima cruenta semel, perpetuo sedere ad dextram Dei Heb. 10. Adde q[uod] nec semetipsum offerre s[ecundu]m sepius, nec ab alijs potest offerri, nisi denuo paciatur Hebre. 9. q[uod] si pati denuo non poterit, nempe iam mortis uictor immortalis & gloriōsus, certe nec sacrificari amplius poterit, ut oblatio munda in gentibus, ad corpus Domini in Eucharistia referri, tuo more penitus non quæat, & ipsa huius sanctiss. sacrificij semel peracta ratio, nullam fert iterationem, ueteris legis sacrificia obimperfectionem reiterabantur, nam si perfectos reddere sacrificatores potuissent, offerri utiq[ue] desiderarent Heb. 10. At oblatio corporis Christi in cruce semel peracta, tamen fuit efficac[i]æ, ut quis unica sit & semel facta, perfectos tamen effacerit in perpetuum eos qui sanctificantur, si Christus semel oblatus, omnium peccata expiat, qui illicum expectant in salutem, consequitur nullam porro esse pro peccatis delendis oblationem, alioqui illa unica nihil effaceret & pecunis sacrificijs redderetur persimilis, quod foret blasphemum, iam cù à nulla re perinde mens pia abhorreat ac dominice mortis blasphemia, nullum potest recipere dogma catholicus, de sacrificio pro peccatis quotidie iterando, quale tamē uos strenue tuemini, ut religio cogat aliam oblationem querere quæ in omni loco fieri possit, & debeat à gentibus in gratiam Evangelij uocatis. Quid igitur nos ex gentibus in consortium uitæ asciti, offerre in scripturis iubemur? Certe pro peccatis

Hebre. 9.

Fatis perliturum esse iampridē audiuimus, & blasphemia  
foret, alij q̄ Christo, tantæ eminētiæ oblationem tribuere,  
qui est agnus Dei tollens peccata mundi, & in quem p̄d<sup>o</sup> Ioan. 1.2.  
ter iniquitates nostras posuit, Iesa. 53. Conferamus scrip-  
tuas & omnia erunt plana, Prima Petri secūdo. Quot-  
quot Christo fidunt, sacerdotium sanctum uocantur ad  
offerendas spirituales hostias acceptabiles Deo per Chri-  
stum, Vbi Petrus de gentibus loquitur, nam locum ex Ho-  
see. 2. citat, de eo qui quondam non erat populus, hoc est  
de gentibus uocandis ad Christum. Hic uides in nouo te-  
stamento sacrificium aliquod esse offerendū, audisq; no-  
rum sacerdotum superest ut genus uictimæ queramus.  
Prodeat ergo non Lutheranus aliquis, sed tibi quoq; ue-  
nerandus, Doctor gentium accurate institutus in lege p̄d<sup>o</sup>  
tria ad pedes Gamalielis, & Euangelium doctus non à  
Petro sed Christo iam regnante, ne quis cum putet Leui-  
tici sacrificij & prophetarum fuisse ignarū. Hic talis &  
tantus Theologus, cum populum noui testamenti docere  
sacrificium uellet, nihil de Missah præcipit, sed per mise-  
rationes Dei obsecrat, ut fratres corpora sua præbeant  
hostiam uiuentem, sanctam, acceptam Deo, rationalem  
cultum, sic spirituales uictime succedunt corporalibus.  
Nam audimus uictimam, ne forte dubitemus quod sit na-  
ui testamenti sacrificium iugiter offerendum, & uerbi  
appositissimis ad sacrificia legis figuralia alludit, ut ueri-  
tam sinceriter querenti dubium esse nō possit, prophe-  
tam & Apostolum, eandem tractare oblationem, nempe

Rom. 12.

Matt. 16.

Roma. 8

Gala. 2.

Psal. 49.

Psal. m. 4.

Psal. 50.

Spiritualem acceptabiliem Dño, cū nos met ipsos in abnegatione nostri in Christo offerimus Patri, spiritu facta carnis mortificantes, & pecudes concupiscentiae, spiritus gladio mactantes, ac charitatis igne concremantes, ut possimus cum Paulo dicere, una cum Christo crucifixus sum, uiuo iam non ego, sed uiuit in me Christus, idq; cum gratiarum actione, & iungi laude diuini nominis, iuxta illud. Immola Deo sacrificium laudis. Item sacrificium iustitiae sacrificatae, & sacrificium Dño spiritus contribulatus, neminem enī arbitror ignorare opera & sacrificia noui testa. oportere bona esse, & nobis salutaria, si talia nō fuerint, sacrificia noui testa. esse nō possunt, Missa autē celebrari potest, ut nullus inde ad Missantē fructus redeat, sed certa pernicies, sed uetus Adam nūq nō mactatur utis liter et salubriter offertur iuxta hāc Apostoli par enesim.

Obiecta.

At scio quid possit à qbusdā obisci. Primo enī dicunt hanc **תְּהִזָּהָרָה** oblationem mundam uel donū purū, nō posse dici ullū ex carne natū hominē, etiā iustificatū, ppter peccatū in nobis nō plene mortificatū, cū nemo sit q plene seme ipsum abneget, crucēq; suā tollat, & Christi uestigijs plena imitatiōe insistat, quantū itaq; deest nobis in uoluntatē Dñi parandis, tantū adest peccati, quo fit ut iustitiae nostrae & oblatiōes semp sint immūdæ, nec magnifico prophetæ elogio dignæ. Dein adstruunt pphetam de una tantū oblatione loq; cæterū à nobis offerri uictimas, quot ubiq; sunt Christiani, carnē cū concupiscentijs crucifigentes. Postremo oblationē mortificatiōis in ueteri lege patribus quoq; cōmunē fuisse caue-

Suntur, atq; hinc alia esse quā hic ppheta prædictit in omni  
loco gentium offerendam, colligunt, Quibus respōdemus.  
Primo si reliquū in carne peccatū respicimus, nos certe  
peccatores sumus, & nostra omnia immūda, ut cū Iesu  
queramur, facti sumus ut immūdi omnes nos, atq; ut ue-  
stis maculata uniuersae iustitiae nostrae, id quod sancti om-  
nes humiliter confitentur, orantes ne Dñs cū seruis suis in

Iesa. 64.

tret in iudiciū, comptum habentes, in conspectu Dei per  
iustitiā operū subfistere neminē posse. Hinc scriptura nos  
pctōres uocat ut. 1. Ioan. 1. At si fidē in Christū specta-  
mus, qua sit ut peccatū nō imputetur amplius, iusti uoca-  
mur, ppter creditū Christum, q iam nostra iustitia factus  
est, nulla enī nūc condēnatio est, his q insiti sunt Christo  
Ihesu, q nō iuxta carnem ueruntur, sed iuxta spiritū. Sic  
iustificatorū opa uocantur bona, ipsi habētur iusti & mū-  
di, David iustus in script. appellatur, et idē psal. 40. orat  
Dñe misericordia mea, sana anima mea, q a peccauit tibi, tantū  
potest fœdus gratiae in regno Christi iuxta illud. Si ini-

Roma. 8.

que aliqd gesserit, arguā eū in uirga uirorū, & in plagiis  
filiorū hominum, misericordiam autē meā nō auferā ab eo.  
O eximū noui testa. priuilegiū, in quo et si caro negotiū  
faceat spiritui, ut nō sit iustus in terra q faciat bonū &  
nō peccet Eccle. 7. nō tñ ad reliqas uet. Adam in carne,  
sed ad paternā dei uoluntatē respicitur, nō īputatē, sed ig-  
noscentē ppter fidē filij sui Ihe. Chri. q noster Samarita-  
nus semimortuū suscepit sanādū, estq; ppitiatorū nostrū  
Ideo Pau. oblationē corpū in Eccle. sanctā uocat, Deoq;

Roma. 3.

acceptā ppter fidē, et si norit in carne neminē sic nūdatū

2. Re. 7.

ut iudicium Dei ferre possit, cū ipse fateatur se mente sere  
ure legi Dei, carne uero legi peccati Rom. 7. Quare cū  
Acto. 15. fides purificet corda credentium, quoties per fidem mem-  
bra sua Christianus accommodat arma iusticie Deo, non  
Roma. 6. ferens ductore spiritu, ut peccatum regnet in mortali suo  
corpore, iam hostiam sanctam & mundam dicitur offere  
re Deo, iuxta prophet.e uaticinium & regulam Aposto-  
li. Dein quid uerat uerbis uti apostolicis, & cum nostræ  
oblationes unico sacrificio Christi incorportentur, & per  
Christum fiant accept.e, in odorem bonæ fragrantie, &  
nos omnes multa quidem membra, unum tamen corpus  
sumus. 1. Cor. 12. Apposite admodum una uocamus ob-  
latio propter unitatem fidei, charitatis uinculum & co-  
agmentationem in Christum iuxta illud, Vnus panis, unu  
corpus multi sumus. 1. Cor. 10. & Gala. 3. Omnes unu  
sumus in Christo Ihesu, & Iohan. 17. Gloriam quæ dedi-  
sti mihi, dedi eis, ut ipsi in nobis unum sint, sicut & nos  
unum sumus. Et Apostolus cum de gentium per Euang-  
elium sanctificatione loqueretur Rom. 15. dicit admis-  
trare se Euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium ac-  
ceptabilis sanctificata per spiritum s., quis dubitat Apo-  
stolum hic respexisse ad hoc quod propheta prædict. ut  
numeris mutatio mouere neminem possit, nisi nolit aper-  
te ueritati aurem præbere. Postremo nouimus & patres  
per fidem se suaq; Deo obtulisse, id quod persepe in psal-  
mis mysticis cernimus, uerum id in Iudea tum fiebat po-  
tissimum, dum gentes interrim immundæ sine Christo erat,

Spem non habentes Deoq; carentes in mundo , stante eti-  
annum intersticio maceriae. Hic autem prædictitur obla- Ephæ. 2.  
tio quoq; gentium in omni loco , quas in præteritis ætati-  
bus sinebat Deus ingredi tuis suis , in quibus contritio &  
calamitas , nam uiam pacis non cognoverunt , per totum Acto. 14.  
orbem adorantes opera manuum suarū dicentes Sculpti- Roma. 3.  
libus , uos dij nostri , mutantesq; gloriam immortalis Dei ,  
non solū ad mortalis hominis similitudinē effictam , uerum  
etia uolatilium & quadrupedum & reptiliū , res conditas Iesa. 59.  
supra conditorem ueneratæ , tam crasse ignorantiae tem- Roma. 1.  
pora , cum diu dissimulasset Deus , tandem eum , quem in Iesa. 49.  
lucem gentium posuerat , annuntiari facit per Aposto- Acto. 17.  
los omnibus hominibus , ut salus fieret usq; ad extrellum  
terre , nempe Ihesum Christum qui stat in signum popu- Iesa. 11.  
lorum , & quem gentes querent ait propheta , Apostolis Lucca ut.  
itaq; Euangelium per orbem prædicantibus , hoc est poe-  
nitentiam & remissionem peccatorum sub nomine Chri-  
sti , in quo uno nos saluos fieri oportet , gentes coeperunt  
conuerti à uanissimo Eidolorum cultu ad Deum uiuum ,  
qui fecit cœlum & terram , & omnia que in eis sunt , & Acto. 4.  
quemadmodum antea membra sua , præbuerat serua im-  
mundicie & iniquitati ad aliam atq; aliam iniquitatem ,  
sic prebere tunc coeperunt membra sua iustitiae ad san- Roma. 6.  
ctificationem , quando recipientes Christum , per fidem &  
charitatem siebant populus Dei peculiaris , sectator bō-  
norum operum , iam sanctificatæ per sanguinem Christi Tit. 2.  
in uitiam gratam Deo , sic Apostolus Philippiensium

conuersationem Christianam uocat hostiam & sacrificium  
**Philip. 2.** fidei, significans eos esse bonum odorem Deo in omni loco. Quinetiam (inquit) si immolor super hostia sacrificioq; fidei uestre, gaudeo & congaudeo omnibus uobis. Et hoc sacrificium noui testa. iuge sit oportet, ut sicut caro concupiscit aduersus spiritum, eiq; perpetuo conflictu obfit, ita rursum spiritus non cesset unq; rebellem carnem subiugare & crucifigere cū pestiferis cōcupiscentijs, laudando Dñm & gratias agendo redemptori iuges, per quem carnem mundū & Satanam uincimus. Hanc hostiam cū negare sacrificium iuge noui testa. non possint aduersarij, tamen extra hominem aliud quoddam sacrificij genus externum cū externo sacerdotio sacrificatorio cōstituunt. Verba Apostoli ad Rom. 15. perperam intelligentes, ubi acceptabilem gentium oblationē uocat. Nam clamant, Apostolum non dixisse gentes esse oblationem, sed aliquā gentium oblationem fore, quare extra hostiam quæ nos sumus, aliā quoq; ab Apostolo cōmemoratā intelligūt quæ acceptabilis sit, que uerborū uerbi & ut sim plicē forte conturbat, ita tropis scripturæ affuctum penitus nihil remoratur, nā textus circūstantiæ cōuincit, hūc Pauli locū de hostia uiuente et sancta loqui, quā R.O. 12. rationalem cultum uocat. Ipsas igitur gentes intellige, se suāq; Deo offerentes cū laude & gratiarum actione. Et uerba quæ sequuntur satis ostendūt, quid uelit Apostolus dicit enī, sanctificata per spiritum s. Cedo quid ibi sanctificatur per spiritum sanctum? Num Christus in manu

Sacerdotis? quid nodum in scirpo querimus? clarum est  
gentes hic intelligi spiritus s. sanctificatas, nisi i. N. o. μ. &  
ignoramus lingue sanctæ, nam Paulus sic loquitur græ-  
ce ut tamen hebraismū passim audias. Quòd igitur Rom.  
15. oblationem gentiū uocat sanctificatā. 1. Cor. 6. aper-  
tiū ostendit ipsos esse homines Christifideles. Primo dicit  
scortatores, Eidololatras, adulteros, fures & c. nō accep-  
turos regni Dei hæreditatem. Dein subdit. Atq; haec eratis  
quidem, sed abluti estis, sed sanctificati estis per nomen  
Domini Ihesu & spiritum Dei nostri.

Quòd autem ex uerbis prophetæ, In omni loco, post  
Schatzgerum ratiocinaris, cum loci mentio fiat, oblati-  
onem à Maleachi prædictam, non posse dici mere spiritu-  
alem, qualis tamen est oratio, q. spirituales uictime ab-  
strahant à loco & tempore. Ita tu loqueris, certe nemini  
psuadet, cū Apostolus de oratione loquens. 1. Timo. 2.  
quā tu spiritualem uictimam appellas, simili loquendi for-  
ma utatur. Volo(ingt) orare uiros in omni loco, En oratio  
locis non alligatur, hominē tñ in certo loco esse oportet,  
eui ubiq; puræ manus absq; ira & disceptatione sustollens  
de sunt inqt Apostolus, ubi hic abstractio illa à loco et tē  
& tempore? Et Christus Matth. 6. cū oras introito in conclave 1. Cor. 7.  
& occluso ostio ora patrē tuū. Et Apostolus. Ne fraude-  
tis uos inuicem, nisi si qd ex cōsensu p tēpore ut uacatis  
iūnio et precationi. Ergo ex hac clausula prophetici ser-  
monis. In oī loco, nihil certi cōtra sacrificiū orōnū attuli-  
st, ut preterea q. nos oblatio, uestrā certis locis alligasti,

Iesu. 65.

nempe altaribus, in manufactis templis, in quibus tamen  
Deus non habitat, nec manibus humanis colitur ut ait A-  
postolus act. 17. Tum portatilibus quibusdam lapidibus  
in hoc quotannis à suffraganeo consecrandis, que omnia  
q̄ omnino nihil cum ratione no. testamenti, quo sacrifici-  
tum in omni loco offerendum est, conueniant, spiritua-  
lis facile intelligit. Ad hæc scimus מִגְשָׁה וּמַקְרֵב  
nomina esse passiva in תְּפִיעָרֵל Judaicarum oblationum  
que hic ad spiritualem hostiam transſerenda sunt, ne una  
cum thurificatoribus & sacrificatoribus externis, templū  
quoq; & reliquas cærimonias in Ecclesiam reducere co-  
gantur, & presente luce, umbras sectari, q̄ item מִנְחָה  
ad Christum refers panem uiuum qui de coelo descendit  
ut det uitam mundo, oleo quoq; præ cōsortibus unctu, ut  
cui spiritus non ad mensuram datus sit, benefactum fa-  
tor, sciens legalia sacrificia in hoc uno agno incontami-  
nato esse consummata, cæterū in pane domini, Christi  
quottidianum esse sacrificium in Ecclesia toties iterāndū,  
non damus, donec que supra ex epistola ad Heb. addux-  
imus, uere dilueris. In primis autem admiror quid tibi ue-  
nerit in mentem, cum perfidissimos Iudeos, tui ardue  
causæ testes, p̄duceres, presertim R. Schlorio insignem  
illum impostorem & Iudaici populi seductore perditissi-  
mum, cum orbis norit, quid de Ecclesiæ sacramētis duræ  
ceruicis Apellæ sentiant, ut Thalmudicis hisce nūgis uel  
optimam cauſsam possis malam facere, que deinde super  
nominibus Ḥuřiāp̄ & Ḥuřiā commētaris, nobis nihil  
obſistunt

Ioan. 6.

Psal. 44.

Iohan. 3.

obſiſtunt, quandoquidem et nos per incenſum, orationes  
piorum cum Iohanne Theologo & Irenæo intelligimus,  
que ceu odor bonus ex ardore fidei non simulat e ascen-  
dunt ad Deum, Per Thysiam ſacrificium illud rectiſſime  
intelligimus, quod nos in mortificatiōe uet. hominis offe-  
rimus. Vides itaq; quid nos remoretur, quo minus uerba  
Maleachi tuo ſenu intelligamus, neq; tamen undiq; cor-  
radere teſtunoria libuit, Alioqui & ipſe Thargum hoc  
loco opponere tibi poteram tantopere ab ea ſententia ab-  
horrenti, que orationes quoq; ſanctorum, oblationē no-  
tamentī uocat, non ſine laude bonitatis diuinæ & gra-  
tiarum actione. Quin nos Chaldaicū Paraphraſten audi-  
mus. אָרֶרֶם מִזְבֵּחַ שִׁימֹשָׂא וְעַד מִזְבֵּחַ רְבָּעָה  
She'ni בֵּין עַמּוֹרָא וּבְכָל עִירּוֹ דָאתוֹ עֲבוֹרוֹ  
Reuothi אָבָא אָקְבָּל צְלָוֹתְכֻנוּ וְשִׁמְיָרְבָּא מְ  
מִתְּקֹשֵׁשׁ עַל רַוְכּוֹן וְצְלָוֹתְכֻנוּ כְּסֻרוּבְּוֹן וְכָרְבָּא  
קְרֻמְיָרְבָּא שְׁמֵרְבָּא בֵּין עַמּוֹרָא אַז  
hoc est, Quia ab ortu ſolis uſq; ad occaſum, multum no-  
men meum (uel magnum) inter populu, & in omni tem-  
pore q; uos ſeruitis uoluntati meæ, ego accipiam oratio-  
nes ueſtras, & nomen meum magnum ſanctificatum per  
manus ueſtras, & orationes ueſtræ ſicut oblatio munda  
ante me, quia multum uel magnum nomen meum inter  
populu, dicit Dñs exercituum. Viden q; a te diſſentiat in-  
genue tantus paraphraſtes, cum orationes ceu oblationes  
a Domino accipiendas doceat, & tu ſic intelligi poſſe  
pernegas. Cur non & Tertulliani prophetia utar? Hie

Thargum

D

cum duorum populorum diuersa sacrificia tractasset,  
aduersus Iudeos , alterum Iudeorum unius s.populi in  
una dumtaxat terra promissionis , alterum in omni terra  
perficiendum , Verba Maleachi citat ex cap. primo , &  
in horum expositione ait , Non terrenis sacrificijs sed spiz  
ritalibus Deo esse litandum iuxta illud . Cor contribulatii  
hostia Dei ; Et alibi , Sacrifica Deo sacrificium laudis &  
redde altissimo uota tua , Sic itaq; sacrificia spiritalia lau-  
dis designantur , & cor contribulatum acceptabile sacri-  
ficium Deo demonstratur . Itaq; quomodo carnalia sacri-  
ficia reprobata intelliguntur de quibus & Iesa. loquitur  
dicens , Quo mihi multititudinem sacrificiorum uestrorum  
dicit Dominus ? Ita sacrificia spiritalia accepta predican-  
tur ut prophetae annuntiant . Quoniam et si attuleris (in-  
quit) mihi Similam , uanum est incensum , abominatio est  
mihi . Spiritalia uero sacrificia de quibus predictum est ,  
& sicut supra dicit , Non est mihi uoluntas in uobis dicit  
Dominus , sacrificia non accipiam de manibus uestris ,  
quoniam ab oriente sole usq; in occidentem , nomen meū  
clarificatum est , De spiritalibus uero sacrificijs addit dis-  
cens . Et in omni loco sacrificia munda offerentur mihi  
dicit Dñs . Idem ad Scapulam , Sacrificamus (inquit) pro  
salute imperatoris , sed Deo nostro & ipsius , sed quomo-  
do precepit Deus , pura prece , His locis nulla Missalis sa-  
crificij mentio , sed oblatio munda cordis , laudis & orati-  
onum demonstratur predicta à prophetis .

## RESPONSO AD CAPVT TERTIVM.

**I**Occum Maleachi. 3. ad sacerdotium externum & panem Domini in Ecclesia deorques, quem iuxta glossam ordinariam per sacrificium in iustitia intelligis. Dein Patrum sacrificia ante legem, cum nostro sacrificio sic confers, ut Canonem Missæ putas hinc stabili, qui orat ut Deus Christum habeat acceptum. Primo uerba Prophetæ ponam ante oculos, dein ad Eccij obiecta respondebo. Post indicatum tantu regis precursorē, propheta mox & Dominum ipsum templo suo adfuturū uaticinatur, quem & angelum testamenti uocat, dein qualis Christi aduentus, qualiumq; operum patrator sit futurus, recenset. Et quis (inquit) susinet diem aduentus eius, & quis consistit dum uidetur ipse? quia ipse sicut ignis conflans, & sicut herba fullonum, & sedebit conflans & emundans argentum & purgabit filios Leui, & colabit eos sicut aurum & argentum, & erunt Domino adfrentes oblationem in iustitia. Et iucunda erit Domino oblatio Iehudah & Ierusalem sicut diebus seculi, et sicut annis prioribus. Respondeo, Hæc prophetæ uerba, tecum ad primum potissimum Christi aduentum, eiusq; opera magnifica plibenter refero. Nā magni consilij angelus nō uenit ut ad opa tenebrarū huius mundi corinuat, sed ut ignem immittat, multq; ut ardeat, et quemadmodū Iesaiā prædictis, nō iudicabit iuxta uisionē oculorū

Ieſa. 64.

neq; iuxta auditum aurium arguet, in iustitia iudicabit  
pauperes, & arguet in æquitate propter mansuetos ter-  
ræ, & percutiet terram uirga oris sui, & in spiritu labio-  
rum suorum interficiet impium, & erit iustitia cingulū  
lumborum suorum, & fides cingulum renum eius, Bres-  
uiter officium eius est purgare ideo Matt. 3. legimus,  
Christum igni baptizaturum, nimirum tali qui puru-  
lentam uetus statis nostræ sanie penitus exurat, tum in  
manu eius uentialabrum est, ut repurget aream suam, &  
congreget triticum piorum in horreum Ecclesie, ubi  
grana selecta multiplici cruce uentialantur paleam incre-  
dulorum, igni tandem comburit, & 1. Cor. 3. Iesa. 1.  
Zecha. 12. Scriptura ignis meminit, non purgatorijs post  
hanc uitam, sed in hoc seculo, ubi exploratio fidei electorū  
fit multo preciosior auro quod perit, & tamē per ignem  
probatur. Et Iere. 23. Nunquid non uerba mea quasi ig-  
nis dicit Dominus. Hoc igni predicati uerbi Dominus eti-  
am aurum & argentum ut olim Centuriones, Zacheum  
& similes mundo contemptos, à scoria reproborum se-  
parauit, ostendens & ipsos ad domum Abraham perti-  
nere, Iudeis interim & sanctissimis phariseis Angelum  
testamenti & lapidem angularem reiijcentibus, Et quis  
ueram hanc emundationem dignis præconijs extulerit,  
quam. 1. Iohan. 1. legimus ubi sanguis Christi emundare  
nos dicitur ab omni peccato.

Quæ de purgatione filiorum Leui & eorū sacrificio  
Deo tam accepto, propheta loquitur si ad nouum aliquod

sacerdotium retuleris, quod externum est ut olim Leuiti-  
cum, profecto reducis umbras, Ideo noui testamenti scrip-  
tura consulenda est, ut hos nouos noui testamenti leuitas  
et sacerdotes, & oblationem in iustitia inueniamus. Cum  
igitur aras iam non pecudum sanguine cruentemus, sed Matt. 17  
patrem colamus in spiritu et ueritate ex magisterio Chri-  
sti, quem pater doctore Ecclesiae præfæcit et audiri iussit, Deut. 18.  
& contempti illius doctoris iniuriam non relinquet. im-  
punita, nullo pacto cuiq; licebit Aheronicum apparatu,  
altaria manufacta & externum sacrificij genus per pro-  
phetæ uerba intelligere, sed oblationem quam noui testa-  
menti libertas admittit, nec habemus aliam q; nosmetip-  
pos Christi imitatores & confessores, & altare illud aure-  
um ex Apocalypsi per quod offerimus hostiam laudis  
semper Deo, hoc est fructum labiorum conffentium no-  
mini eius Heb. 13. Quæ omnia in primis completa sunt  
in Apostolis, & hodie complentur in eorum successori-  
bus, dispensatoribus Mysteriorum Dei, & eorum imita-  
toribus rationales hostias adferentibus, Cum enim serui  
Christi, uirtute ex alto fuerint induiti, ministerio Verbi  
nempe legis & Euangeli parant Domino plebem per-  
fectam, & quoties Christo lucrificiunt homines, ueram  
in iustitia oblationem, hoc est in fide uerbi, adferunt Do-  
mino, ut cum Apostolus Galatas, Corinthios, Ephesios,  
ceterasq; gentes ab errore, ad ueritatem fidei conuertit,  
cum sacrificia iustitiae adduxit Christo, nam illi ad predi-  
cationem Pauli peccatores se humiliiter confessi sunt, Christi

stion medicum animarum & nostram iustitiam cupidissime amplectentes, ut regnum ccelorum uim pateretur ei qd; fide in Christum iustificatorem & saluatorem, iustificati et gratissima oblatio facti sunt Domino sicut Rom. 15. dicit Apostolus se Euangelizare, ut fiat oblatio genitum acceptabilis Domino, qui non nostris meritis per motus, sed mera charitate uiuenterum misit in mundum ut qui eum receperint non pereant, sed filij Dei fiant. tandemq; uite æternæ consequatur hereditatē Iohann. 3. Alludit hoc Psal. 50. ubi cum Dominus carnales uictimas reiecerit, mox psal. 51. David sentiens carnalibus hostijs, anime sordes haudquaq; ablui, cupit à Domino lauari, creari cor mundum & rectum spiritum innouari in uisceribus suis, ut sic Deo holocausta auersanti, hostiam queat offerre gratam, nempe cor humiliatum. Hoc sacrificium iustitiae scripturis celebatur, quod Dominus accipit in reparacione ueræ Ierusalem. Per Iehudah autē & Ierusalem, intelligimus Ecclesiam, id quod nemo negaverit, unde oblatio paratur Dño, nam impiorum uictime extra Ecclesiam abominatio Dño Proverbio. 15. Et adiicit propheta, hanc oblationem Domino placitaram sicut in diebus seculi & annis prioribus, Recte, nam eadem est fides Patrum & nostra, quamvis non eodem modo, eundem enim cibum spiritualem edimus, eundem bibimus potum de spirituali petra Christo. 1. Cor. 10. Sacrificium Abel gratum erat Deo, quia persona grata fuit propter fidem, idem de reliquis patribus intelligo, quorum

sacrificia , nisi hoc sale fidei non hypocritice fuissent  
confpersa , ad ea non respexit Donunus , ut ex= Gene. 15.  
ternæ eorum oblationes , interni & ueri sacrificij cor= 22  
dis , testimonia dumtaxat censeri debeant , Abraham RO. 4. 3.  
item se suāq; Deo dedit idq; per fidem eximiam , que ei reputata est ad iustitiam , cuius sacrificia grata iu= stāq; fuere , quia persona grata & iusta erat . Hæc iustitia que nos nostrāq; tantopere commendat Domi= no , fides est , que ubi fuerit , grata & iucundae = ruit Deo nostra sacrificia & opera , non enim uno tantum seculo , sed semper ad fidem respiciunt oculi Domini Ierem. 5. Hæc fides latus multo & expres= sis predicata & propagata est per Apostolos tem= pore noui testamenti , q; sub umbra legis in Iudea per prophetas , Quare non mirum , ueras oblationes iam parari Domino non minus gratas , quam olim patri= archarum fuerant , quippe fide eadem Christi iam præ= sentis commendatas , nam sic ait Apostolus de fide Roma. 4.  
Abrahæ , Non scriptum est propter illum tantum im= putatum fuisse illi , sed etiam propter nos , quibus im= putabitur credentibus in eum qui excitauit ihesum à mortuis , Breuiter fides personam iustificat , hac una placemus Domino , iam persona Domino grata pro= pter iustitiam fidei , hanc fidem sacrificio testatur ut sacrificium fide placeat , incredulitate displiceat , idq; per omnia secula , Dñs itaq; impura Iudeorum sacrificia sub lege , per Leuiticum Sacerdotium frequentata reiecit ,

ut quæ non fuerint iudicio, nō sericordia, et fide commenda  
data, sine quibus externa quæcunq; uel sacrificia uel ope-  
ra, nihil aliud sunt q̄ sordida hypocris̄, adeo non accep-  
tabilia Deo ut Hos. 6. dixerit, Misericordiam uolo et  
non sacrificium, et scientiam Dei plusq; holocausta, hæc  
enim non in hoc à Domino fuerunt instituta, ut ijs iusti-  
ficaremur et semper durarent, qua tamen pestifera opis-  
nione gens dureceruicis sua sacrificia cōspurcauit. Deo  
inde sub conflatore Christo, Leui filios purgante, in Ecclesie  
ostendit sacrificia grata oblatum iri, que sunt plan-  
titura Domino, sicut quondam placuerunt Domino sac-  
rificia sanctorum in annis prioribus Abel, Enoch, Noe,  
Abraham et c. qualia igitur fuerunt sacrificia illorum?  
Grata Domino, sed unde? per fidem ut Heb. 11. Per fi-  
dem Abel ubiorem hostiam obtulit Deo q̄ Cain, per fi-  
dem obtulit Abraham Isaac, per hanc testimonium meru-  
erunt Seniores, sine hac fieri non potest ut quis Deo pla-  
ceat. Colante ergo nos Christo sicut aurum et argentum  
offerimus sacrificia in iustitia nempe fide, que patrum  
fuit et est nostra iustitia Rom. 4. nos inq; oleo immateriz  
ali consecrati, sacerdotium sanctum ad offerendum spiri-  
tuales hostias, acceptabiles Deo per Christum, Missa autem  
nullum hic suffragium habet.

Quod ad uerba Canonis attinet Innocentius Albertus et  
alij, quos tu frustra putas fuisse sollicitos quomodo Canos  
nem excusarent, sensere profecto, q̄ omnino sacris litteris  
et pietati non consonum fuerit, ut mitissime loquar pre-

rari Deum ut Christum filium uelit gratum habere sicut  
olim pecudes Abel, nam et si scholastici illi cetera tecum  
senserint, animus tamen eorum inhorruit ad impian hanc  
collationem, qua pecudi Patriarche, comparatur Chris-  
tus agnus immaculatus tollens peccata mundi, qui nisi  
nos patri gratos fecisset, placassetque iudicem, aeternaliter  
nobis cum omnibus sacrificijs & operibus fuisset pere-  
undum. Dicam quod sentio, haec Canonis, in tractandis  
diuinis negligentia totum Missæ negotium pijs omnibus  
merito suspectum reddit, Nam uides quod anxe interdum se  
in omnes formas Gabriel uertat, ut absurditatem senten-  
tiarum Canonis, distinguendi artificio utcumque excusat,  
ut longe alio spiritu fuerit Canōis autor quod propheta Mas-  
leachi, non scribo haec insectandi studio, sed ut tibi rationē  
reddam meae fidei, alioqui uides quem mihi campum scri-  
bendi aperuerit male coherens haec Canonis collatio.  
Nam quod tu ad aequalitatem offerentum confugis, co-  
actum est, uerba enim aperta Canonis hanc glossam re-  
spuunt, nonne aperta sunt haec? Supra quae propitio  
& sereno uultu respicere digneris, non dicit supra quos  
sacrificantes, sed supra quae, Sequitur, Et accepta habere  
sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti  
Abel, & sacrificium patriarche nostri Abrahæ, & quod  
tibi obtulit suminus sacerdos tuus Malcizedec, sanctum  
sacrificium &c. Hic audis, supra quae, sicut munera  
Abel, sacrificium Abrahæ, & quod tibi Malcizedec ob-  
tulit, ubi aequalitas significata per aduerbiū sicut, spes

Etat, non ad offerentes sed ad sacrificia, quae expresse des-  
signantur, conferre autem in acceptatione dum una, umbris  
lucem, & pecudibus Christum, est noui testamenti gratia  
cum noui testamenti conciliatore ignorare et extenu-  
are, Et negare non potes haec in auribus piis esse durissi-  
ma, & que corporis sanguinisq; Christi dignitatem ue-  
hementer eleuent, nam esto aequalitatem attendas offeren-  
tium & preceris, ut sicut respexit Dominus ad offeren-  
tem Abel, Ita ad nos quoq; offerentes respicere uelit, nubi-  
lominus ob naturam Relatiuorum, oblationes utrorumq;  
nostrum non excluduntur a comparatione qua ad e-  
qualitatem sacrificiorum in aduerbio, Sicut respicitur,  
& in eundem scopulum impingis, quem tua distinctione  
uitasti. Sed pondera que dicas, Sacerdos orat, (ita scribis)  
in persona Ecclesiae ut sicut sacrificia Abel & patrum  
fuerunt Deo accepta ex fide & deuotione offerentium,  
Ita sacrificium nostrum ultra hoc quod ex se Deo placet  
etiam nobis offerentibus sit ei gratum. Vide hic que por-  
tanta ex hac collatione gignantur, Tu putas eò tendere ora-  
tionem ut sicut Dominus respexit ad fidem Abel cum  
offerret, ita ad nostram debeat respicere, Age confer, si  
des gratum fecit munus Abel, quia ad Abel primū re-  
spexit, At in Christo secus omnia, cuius semel facta obla-  
tio nisi esset, nec fidem nec deuotionem ullam haberemus  
ipsa enim nos Deo reconciliavit spiritum fidei meruit.  
In Abel personæ sanctitas gratum fecit sacrificium, Hic  
Christi oblatio personas facit sanctas, Deus enim in facie

em Christi sui respexit, & nos propter Christum, Accep-  
tabilis erat Deo oblatio Abel, quae persona accepta. Et si tibi  
credimus Christus in manibus nostris denuo oblatus, fit  
gratus patri ob nostram fidem & deuotionem, Quid au-  
dio? Christus adeo patri acceptus est, ut ob dilectum  
unigenitum & nos diligamus, sine quo nos & nostra  
damnaremur in eternum Ephe. i. Charos reddidit nos  
per dilectum. Et tu dicas quod eum uel actum oblati per nos  
denuo Christi gratum Deo faciat fides & deuotio offe-  
rentium, & te autore Christus filius, gratus fiet patri no-  
stra oblatione uel deuotione, quod si persona nostra hoc sa-  
crificium Deo gratum facit, eadem redibit, quam cauisti,  
absurditas. Et Christus assimilabitur per te sacrificiis pa-  
trum que & ipsa, offerentium persona facit grata Deo.  
Quis autem absq; horrore audiat, quod in acceptatione di-  
uina, haec cernatur aequalitas ut adseris, cum omnis ac-  
ceptabilitas personarum & uictimarum omnibus seculis  
ex acceptabilitate hac ueniat, qua patri filius usq; in mor-  
tem crucis propter nos obediens semper fuit acceptissi-  
muis, nos si etiam centies moriamur, nisi mors nostra  
morti & oblationi Christi fuerit per fidem incorporata,  
nihil sumus, ut mille Gabrieles hanc incomparabilium  
collationem impie ineptam non queant excusare.

RESPONSIO AD CAPVT  
Quartum.

Væ ex Leuit. 21. & Numeri. 28. de **לְחֵם**  
**Q** philosopharis, quantum ad nominis significatio-  
 nem attinet, non damno ut qui iampridē  
 ex R. Izhach Nathan didicerim **לְחֵם** non solum pa-  
 nem, sed generatim cibum significare. At q[uod] ueritatem  
 sanctificatiōis, quae in sacerdotibus legis pecudes offerē-  
 tibus tantum in figura erat, dicas esse in sacerdotibus car-  
 nem Dei in Missa offērentibus, lubens dabo, si scriptura  
 consenserit, quid autem scriptura de hac habeat, neminem  
 latet. Nam ueritatem sanctificationis in Christo ostendit,  
 qui unus à patre nobis factus est sanctificatio. 1. Cor. 1.  
 Et. 1. Cor. 5. Apostolus nos sanctificatos scribit, nō offi-  
 cio Missae, sed per nomen Domini Ihesu & spiritu Dei  
 nostri, quem utiq[ue] Christus nobis emeruit, & credentibus  
 mittit à patre. Tum Heb. 9. legimus quemadmodum  
 sanguis Christi qui per spiritum eternum seipsum obtulit  
 immaculatum Deo, purget conscientiam nostram à mor-  
 tuarijs operibus ad seruendum Deo uiueti. Deniq[ue] Heb.  
 1. per semetipsum purgationem peccatorum nostrorum  
 facisse dicitur, quod & per Iesaiam & Sechariam abunde  
 de predictum est. Testimonium R. Pinhas christianos  
 parum mouet, cum & Iudeis pro semifatu sit habitus.  
 nam Thalmudistis autoribus asinum habuit, quem omnis  
 no nihil edere gloriabatur. Sed faceſſant nugae Thalmu-  
 dice, Quæ. R. Simeon de uisioe sua iactauit, Iudei quoq[ue]  
 tanq[ue] figmentum rident, tantum abest ut ullum testimonij  
 pondus apud Christianos obtineant, breviter cum Rab-

bini quos eitas in Christum legis scopum non crediderint,  
scripturas & uirtutem Dei nescientes, eoque tota uia aber-  
ravit, quid uanissimis eorum commentarijs immorar-  
mur? Quae in Leuitico de sanctificatione sacerdotij in figura,  
deque carne aut pane predicta sunt, nemo igno-  
rat ad Christum esse referenda. Sacerdotem uere sanctum  
& sanctificantem, cuius panis quem ipse proponit, cara  
sua est uiuifica, utpote Verbo Dei, quod naturaliter uita  
est, coniunctione ineffabili coiuncta, & pro mundi uita  
in cruce data, uerum haec Leuitici uerba ad tuæ Missæ sa-  
crificium nihil faciunt. Narras autem R. Cahena, locum  
Num. 28. ad offerendum mihi in tempore suo, ad tempus  
Meschiah retulisse, quod ut demus, non tamē consequitur  
quod cupis, nempe Missam esse sacrificium. Primo sim-  
plicissime intelligamus qd uelit Mose, et fateberis eū præ-  
scripsisse Israeli & anni solennitates & genera sacrificio-  
rum, festis statim offerri solita, est enim quoddam sacrifici-  
um iuge, quod mane & uestperi offerebatur, est & Sab-  
batho sua oblatio, quedam in exordio mensium fiebat.  
Atq; ubi Latini in tempore legimus, heb. ueritas habet,  
**בְּזִוָּה** hoc est in tempore solenni ad hoc præscrip-  
to ut homines congregentur, nimirum ut rem sacram fa-  
ciant, id enim **מַעֲרֵךְ** significat ut nosti. Et quæ fuerint  
hec præscripta tempora Textus indicat, nempe, Mane  
& uestpera, Sabbathum, Principium mensuum, Quarta Iesa. 44:  
decima dies mensis primi, dies Azimorum. Quod si fi-  
gram libet ueritati aptare, scimus & nos Israelem quem

elegit Dominus, & quem **וְרָשָׁא** uocat, uere oblaturu  
Domino, idq; tempore suo, sed à seruitute legali ad liber-  
tatem spiritus hic transeundum est, profecto tempus ac-  
ceptum et dies salutis uere in aduentu Meschiah incēpit,  
Tempus hoc spirituali Israeli supra ḥādī queat festum,  
temporis est plenitudo, quo consummator legalium sa-  
crificiorum missus, & legi obnoxius factus est, ut eos qui  
legi erant obnoxij redimeret, ut adoptione ius filiorum  
acciperent, & sic per fidem in Christum ueri Israelitæ  
facti, tempore suo offerrent oblationē & incensum odo-  
ris suauissimi, festumq; celebrarent non in fermento uete-  
ri, nec in fermento malitiæ et uersutiæ, sed in panibus fer-  
mento carentibus, hoc est, sinceritate & ueritate, nequaq;  
ut denuo conuertamur ad infirma & egena elementa, dis-  
es, menses, tempora & annos obseruantes, Sabbathum  
quidem custodimus, non tamen iners illud & iudaicum,  
in quo corpora labore exhausta, aliquot horarum quiete  
reficiuntur, ut uegetiora ad intermissa opera redeant,  
sed Sabbathum Domino gratum, ut quando ipse Domi-  
nus est sanctificans nos Iehes. & o. nosq; à nostris operibus  
cessamus, ut Deus in nobis opus suum perficiat, Iudaicū  
Sabbathum septimo quoq; die reddit. At nostrum illud  
Sabbathum Christianorum assiduc durat, iuxta illud, Et  
erit mensis ex mense, & Sabbathum ex Sabbatho, ueniet  
omnis caro ut adoret coram facie Domini, ut que olim  
statis temporibus Iudei in carnalibus uictimis umbrati-  
ce ægerunt, nos similiter in spiritualibus, in spiritu &

Gala. 4.

1. Cor. 5,

Gala. 4.

ueritate perficiamus, quibus totum uite tempus constitutum est, ut ceu lucis filij non dormiamus, sed uigilemus, sobrij simus & in uero Dei cultu seduli, non uno tantum die, sed semper mactemus membra nostra terrestria, stuprum, immunditiam, molliciem, concupiscentiam malam, & auaritiam Coloſ. 3. Non enim mortui sumus peccato, ut posthac uiuamus in eodem, sed uetus noster homo cum Christo crucifixus est ut aboleatur corpus peccati, ut porro non seruiamus peccato, &c. 2. Cor. 4. semper mortificationem Domini Ihesu in corpore circumserimus, semper enim nos qui uiuimus in mortem tradimur propter Ihesum, Indubitatus sermo, Tuis autem mysterijs stabiliri conscientia non potest, siquidem ad carnem Christi in manu sacerdotum denuo offerendam pleraque refers. In fine Iudeos perfidos nobis praefers, & more tuo nobis ignorantiam acerbe exprobras, quasi toti in utramque stertamus aurem, ingeniorum dotibus & omnibus eruditio[n]is praesidio destituti, quid hic faciendum? Iudeis certe conferendi non sumus, nam ολειμπρέον cum adulera natione non expectamus, sed dono Dei credimus, in plenitudine temporis Iesum Christum fuisse ministru[m] circumcisionis pro ueritate ad confirmandas propagationes patrum, gentesque in consortium Euangelij admissas. Iamque expectamus beatam illam spem & apparitionem glorie magni Dei, & seruatoris nostri Ihesu Christi, Notum ignorantie, quoties lubet, impingito.

nam si qua nobis eruditio obtigit, Dei donum est, absit  
igitur ut de ea gloriemur quasi non accepimus a patre  
luminum, & iure mihi proximmo est, ut a te disjdicter  
aut ab humano iudicio.

## RESPONSIO AD CAPVT QVINTVM.

Caput. 5.

ההמיז

**Q**Vinto cap. primi libri grandia moliris, nam ex  
Daniele testimonia profers, quibus conuicisse  
uis uideri Missam esse iuge illud sacrifici-  
um, quod tempore Antichristi abolendum preedit spiritus  
tus s. scribisq; Lutheranos uiam Antichristo sternere, at  
q; hec omnia tanta amarulentia stili, ut citius ex Christia-  
no Turcam q; ex Lutherano Christianum faceris. Da-  
nielem cap. 12. de Antichristo esse uaticinatum, & iugis  
sacrificij cessatione tempore Antichristi, mihi nunc tecum  
conuenit. Ceterum per זהמיז nihil aliud q; Misericordia of-  
ficium esse intelligendum, omnino non conuenit, quare  
hoc prius probatum oportuit, Dein urgeret Daniel, Cog-  
nomenti autem magnifici, quod primum Antiochid, Paulus  
& Barnabas discipulis Christi indiderunt, nos non  
dum puduit, nec pudebit unq; quare non est ut perpetuo  
nos Lutheranos uoces, qui fatemur non Lutherum, sed  
Christum pro nobis esse crucifixum. Inuidiebat olim &  
Julianus christianis, Christianum nomen, precipiens ne  
posthac Christiani, sed Galilei contumelie gratia appela-  
larentur, nam fidelium existimationem hoc pacto uehe-  
menter Iesum iri sperabat, uerum huc contumelia nobis  
ferenda

serenda est pacienter, sicut Nazianzenus Iuliani probra-  
tulit, cui tamen non defuisse digna Iuliano nomina, si  
Christianum fuisset malum pro malo reddere. Sed attin-  
gamus rei scopum, locus Danielis à te citatus nō probat,  
Missam esse sacrificium, sed tu præsupponis esse & cum  
uelut ex certissima thesi & utriq; nostrum indubitate  
(cum nihil sit minus) sic procedis aduersus nos.

Lutherani Missam, quæ est iuge sacrificium Christianorū  
norum à prophetis predictum, auferunt. Ergo Lutheri  
sternunt uiam Antichristo, nonne citra uerborum  
ambages responderi poterat. Prima pars antecedentis  
est conatus noster quem non negamus. Alteram partem  
antecedentis, nempe Missam tuam & tuorum esse iuge  
sacrificium Christianorum in scripturis sic predictum,  
perpetuo negamus. Tu proba, aut tuā ἐνδιφύλαι clau-  
dicabit, & Lutherani non sternent uiam Antichristo sed  
impedient. Inductio, quam hoc capite sufficientem putas,  
exactius postea trutinabitur. Ponamus & nos primo  
uerba prophetæ, Vade Daniel quia clausi sunt signatiq;  
sermones usq; ad præfinitum tempus eligentur & deal-  
babuntur, & quasi ignis probabuntur multi, Et impie  
agent impij neq; intelligēt omnes impij. Porro docti in-  
telligent & a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificii  
um, & posita fuerit abominatione in desolationē dies mille  
ducenti nonaginta, beatus qui expectat & peruenit ad  
dies mille trecentos triginta quinq;. Si argumenta parū  
lmoned sunt quæ aduersarij cauſam & que ac tua mō me-

lius iuvant, nihil penitus terribit Lutheranos inducta  
Danielis prophetia, absq; te tam alte repetita, & tanta  
auxesi instructa, quo enim uehementius in nos hoc pro-  
pheticum fulmen iacularis, eo potentius ad concuenda  
rationum tuarum fundamenta in te retrorqucibimus, non  
coacte ut pleriq;, sed ex uero. Non faci'e dixerim, quan-  
tam nobis lucem Daniel attulerit ad peruidendas Ante-  
christi insidias, Sed opera & premium est audire te, qui pers-  
inde ac si iam debellatum sit, & toti mundo euidentis, Mis-  
sam esse Christianorum iuge in Ecclesia sacrificium, non  
iam Hieronymi ac doctorū expositione uteris, sed tu opte-  
Marte, ut uisum est, configis quedam, Danielis prophete-  
tiae & uniuersae scripturæ prorsus dissonantia, nam quid  
attinet Germanie iam tandem oculos recipienti sic time-  
re, quasi ipsa gignat sex uiros ad vastandum populum  
missos, ut tu ex Ezechiele, seductus forte a commentatore  
Methodiane reuelationis falso conijs, securus esto, nam  
**חַבְלָר אֶל פְנֵיכֶם וּמִבֵּין חַיּוֹת** alienis uir-  
bus potens nondum interabit, ne forte tuo instituto appli-  
ces Prophetæ oraculum, Et nimis uere O Ecce tibi pres-  
dico non tan facile desitrum Missale sacrificium, si quis  
dem pugna cornu oculati aduersus sanctos magis magis-  
q; incrudescit, ut uidemus, & os eius grandia loqui non  
cessat, confunditur enim consilium in opis, & propositio-  
nes Regis facierū, haud secus ac aurea olim Nabuchad-  
nezer statua, obtruduntur adorande, camino ignis ar-  
dentis, statuam adorare nolentibus passim preparato, At  
**חַתְמֵין** Ecclesiæ cuius propheta meminit, tempore

Antichristi sufferetur, et si recipis proh dolor magna ex  
parte iam ablatū est, De quo sic sentio (si nosti meliora au-  
diam prophetiā tuam, modo fidei sit analoga) Sacrificiū  
iuge in Ecclesia, quod à nobis semp̄ regrit scriptura, cru-  
pidū & templorū apparatu cōficitur, sed paratur uerbo  
Dei, ut cū Euangelū sinceriter prædicatur, nempe pœni-  
tentia et remissio peccatorū, Ex predicatione pœnitentiae  
pctōres humiliantur, & conteruntur præ metu iuditij di-  
uini & anxietate conscientiae, sicut illi act. 2. clamabant,  
quid faciemus uiri fratres? Hic sit cor contritū et humili-  
tū, sacrificium Deo gratissimū quod nemo impiorū &  
hypocitarum potest offerre, Ex prædicata remissione  
pctōrum per Christū clamantem, Venite ad me omnes q.  
onera tēs ego refocillabo uos, oritur fidutia in tam be-  
nignū redemptorem, nā tum agnoscitur bonitas & erga  
homīes amor seruatoris nostri dei, q. nō ex operibus quae  
sunt in iustitia quae faciebamus nos, sed secundū suā miseri-  
cordiā saluos nos fæcit p lauacrū regenerationis ac renos-  
uatiōis spiritus s. quē effudit in nos opulente per Ihesum  
Christum seruatorem nostrum, ut iustificati illius gratia  
heredes efficieremur iuxta spēm uitē eternē Tit. 3. Hoc  
Euangelium gloriæ gratiæ Dei ut primum receperit cor  
humanū per fidem, & ob signatū fuerit spiritu pmissiōis  
sancto arrabone hæreditatis nostræ, dilectio Dei effundi-  
tur in cor p spiritū s. qui datur credentibus, ut sic homo si-  
de rapiatur in Deū, quē unū porro timet amatq; et chari-  
tate accèdatur in pximū, paratus ei seruire quēadmodū

Psal. 50.

Matt. 11.

Ephe. 1.

Christus seruuit nobis Philip. 2. Et qui sic fuerit ad se  
Iehes. 11. Etus, quoniam ablato corde lapideo, carneum est reposiz.  
Roma. 8. tum & spiritu dei agitur, non cessat, sed assiduum ei cum  
carnic bellum est, facta enim carnis spiritu mortificat ut  
Roma. 5. uiuat, habet iam quod pecij nempe pacem cum Dco per  
Christum, & agnoscit q̄ opulenta sit gloria hereditatis  
sanctorum, ex hac cordis abundantia, os gratum in con-  
fessionē laudis erumpit, ut Christifidelis mane & uesperi  
laudet nomen Domini in ass. dua suipius abnegatione,  
Psal. 33. cum Davide canens, Benedicam Dominum omni tempore,  
semper laus eius in ore meo, gustate & uidete q̄ suavis  
est Dominus, Beatus uir qui sperat in cum, in Domino  
glorietur anima mea, audiant afflicti & letentur, magni-  
ficate Dominum mecum et exaltemus nomen eius, simul  
siue enim prospera siue aduersa pio acciderint, semper  
gratus est, & in omnem Dei patris uocem unitatem paratus,  
ut non obscure hic cernas ἡγελεχόμον, quando con-  
fessores facti & poenitentes offerimus hostiam laudis per  
Christum, & tum beneficentiae communicationisq; non  
obliviscimur, quibus victimis placetur Deo inquit Apo-  
stolus Heb. 13. Age nunc conspiciamus quomodo ΤΟΥ  
auferatur. Aufer Euangeliū, tolle uerbum Dei, succedat  
humane traditiones, & simul iuge sacrificium abstulisti  
Christus lux est et ueritas, hic cum uerbo d. uino discatur,  
nō humano, aufer uerbū & succedent tenebre & impie-  
tas, impij autem nihil offerunt ad quod Dominus r̄ spi-  
ciat, iuxta illud Proverb. 15. Victima impiorū, ab omni

Iohann. 6.

14

natio est Domino , cum enim corda incredulorum non  
sint recta coram Domino , oculos suos auertet ab eis , cum  
manus ad Dominum extenderint , Lauamini (inquit) &  
mundi estote , auferre malum cogitationū uest̄ arū ab oculis meis , quiescite agere peruerse , diseite benefacere . Hic  
uides ideo sacrificia Iudeorum reiecta q̄ corde immūdo  
sacrificassent , At cor humanum Petrus fide Euangelica  
purificari act . 15 . testatur , Euangelium primo poenitentia-  
tiam inculcat ubi spiritu s . mundum de peccato argente  
discimus , nostra omnia coram Deo sordere , nos nihil ali-  
ud q̄ perditionis massam ex nobis esse , nec posse ullo pa-  
clo coram Dei iudicio subsistere , Ideo territi cum Davide  
clamamus , Domine ne in furore tuo arguas me , non est  
sanitas in carne mea à facie irae tue , non est pax ossibus  
meis à facie peccatorum meorum . Iniquitates meae super-  
gressæ sunt caput meum , sicut onus graue grauatae sunt  
super me , in flagella paratus sum , iniquitatem meam ego  
annuntiabo , anxius ero de peccato meo , Non derelin-  
quas me domine Deus meus , ne discedas à me , non intres  
in iudicium cum seruo tuo , quia non iustificabitur in con-  
spectu tuo omnis uiuens . Iam cum Deus superbis resistat  
& phariseis , humilibus autē det gratiam , sacrificiū cer-  
te Deo erit spiritus ille contribulatus , nam cor contritū  
& humiliatum Deus non despicit , sed acceptat sacrificiū  
iustitiae & uitulos labiorum confitentium nomini diuino ,  
quando uni Deo laudem iustitiae tribuimus , nobis confu-  
sionem . Dein cum per legem agnouimus peccata , male- Roma . 3 .

Iesa . 1 .

Iesa . 1 .  
Ioan . 16 .

Psal . 37 .

1 . Pet . 5 .

dictione & mortem, et quomodo nullum in nobis ad bo-  
Iere. 33. num robur sit, mox profertur uox sponsi & annuntia-  
Luc. 2. tur pauperibus gaudium magnum, nempe peccata per  
Iesa. 9. Christum remissa, abolitam mortem, cum enim seruator  
Roma. 8. mundi natus & datus sit nobis, iam Deus fauet propter  
Ephe. 1. unigenitum suum, cui non pepercit, sed pro nobis omni-  
Rom. 10. bus tradidit, ex hoc tanta bonitatis dei auditu, fidutiam  
Philip. 3. concipit cor humanum, & simulac ad se quoq; pertine-  
Gala. 6. 5 re omnes illas diuitias iustitiae & salutis per Christum  
partas persuasum fuerit, protinus arbitratur omnia dam-  
num esse propter excellentiam cognitionis Ihesu Christi,  
haustiq; Christi spiritu, noua fit in Christo creatura, ad  
imaginem Dei restituitur, Breuiter adjunt Timor & A-  
mor Dei, cæteriq; fructus spiritus sancti quibus Deo &  
proximo reddimus que debemus. Tanta igitur bona no-  
bis per uerbum Dei obtingunt, nempe fides, charitas, spes,  
pacientia &c. quibus efficitur ut primo persona iustifi-  
cetur, tunc ad Abel respicit Dominus, & dein ad mune-  
ra eius. Cum itaq; non humano, sed Dei uerbo, peccata  
nostra & miseria, tum immensa diuinæ bonitatis erga-  
nos dignatio recte cognoscantur, & ijs non cognitis pec-  
cator maneat impius absq; fide & charitate, eoq; abomi-  
natio potius sit q; uictima Domino. Consectarium est  
uerbo dei ablato fidem & charitatē auferri, sine quibus  
Deo sordent omnia nostra opera & sacrificia, atq; adeo  
iuge sacrificium tolli. Sunt ne hæc obscuræ? Nonne scri-

Pura docet spiritum sanctum ex auditu uerbi Dei acci-  
pi, & per seolum hunc, nos scire que a Deo donata sunt Gal. 3.  
nobis. Spiritus mundi haec non reuelat, sed pater per spi- 1. Cor. 2.  
ritum sanctum. Ergo qui uerbum Dei auffert, cogni- Math. 11  
tionem nostri & Dei auffert, uitam, ueritatem, lucem,  
pacem, iustitiam, salutem, & breuiter omnia simul bona  
auffert, quid igitur relinquit, nisi mortem, mendacium,  
tenebras, iram, peccata, damnationem & omnia ma-  
la, & completur quod Ieremiah habet. Prophet.e adfe-  
runt seductiones cordis sui, & faciunt ut obliuiscamur  
nominis diuini propter somnia hominum, sicut olim pa-  
tres oblii sunt nominis Dei propter Baal. Iam ubi nec Iere. 23.  
Deum nec nosmetipos cognoscimus, Caini efficiuntur,  
Dei contemptores, absq; fide & charitate dicentes, Nun-  
quid ego custos sum fratris mei? Et munera nostra Cai-  
na erunt, quæ Dominus iusto iuditio abominatur, ubi  
igitur iuge erit sacrificium? Hanc miseram Ecclesiæ  
conditionem deploramus, quæ pascua uitæ mera præzi-  
zanijs traditionum non inuenit. Ideo ubi uitam que-  
suit, repperit mortem, nam uerbo humano docentur  
homines in se confidere, se suaq; amare & magnifa-  
cere, quasi nos nostris meritis iustificemur & salue-  
muri. Hic tacentur & obscurantur imperuestigabiles  
diuitiae Christi, per quem habenuis redemptionem per Ephe. 1.  
sanguinem ipsius remissionem peccatorum, non iuxta Colof. 3.  
nostra opera, sed diuitias gratiae sue ut ait Apostolus,

ubi autem nobis alioqui natura plus nimio nostra det.  
Matt. 20. manibus predicantur uires nostræ & merita iactantur,  
Lucæ. 18 mercenarij efficimur, qui oculo nequam cum phariseo  
ad nostra respicimus quasi simus iusti & non sicut pub-  
licani. Hic nostras contritiones metu poenæ factas aut si-  
mulatas, confessiones, satisfactiones, & reliqua opera au-  
dimus in immensum uechi, ijsq; fidimus, propriam iustitiam  
cum Iudæis constituentes. Hinc nihil nisi tristes & caute-  
rio notat e conscientia, meriq; hypocrite nascentur, aut  
gratia Dei contemptores, qui Deo non gratias ullas agunt  
q; tanti bona acceperint, sed q; ipsi tanta facerint & non  
sint sicut ceteri, adulteri, raptiores &c. nec gloriantur in  
Domino, sed in suis operibus, quibus putant se iustificatos  
& mereri uitam æternam. In illorum ore non laus Do-  
mini, sed preconium liberi arbitrij, bonarum intentionum  
& dictaminum personat, cumq; sani sint, non egent mes-  
dico Christo, quid igitur laudis canerent ei cuius ope non  
egent magnopere? Et illa operatio erroris multis iam  
seculis immaniter grassata est, & sana legis ac Euangeliæ  
doctrina, qua uerum sacrificium iuge Domino paratur,  
spreta iacuit. Vbi igitur corda contrita & spiritus humili-  
ati esse potuissent inter tot encomia nostrarum uirium,  
meritorum & operum? Hanc à fide defectionem pre-  
dixit spiritus. 1. Timo. 4. Et Christus cum uenerit filius  
hominis putas inueniet fidem? item charitas extinguetur.  
Vides in nouissimo tempore fidem & charitatem interi-  
tas, at cum his paremur ut uictimæ fiamus gratae Do-

mino, quid adhuc miramur, iuge sacrificium quod Daniel  
et prædixit desitum. Tolle fidem et charitatem ex his  
minibus que nobis per uerbum Dei donatur, quid relin-  
quis aliud quam cæcos filios Adam, amantes sui, contemptos  
Dei et hominum, ac summatim totam impietatis le-  
nam quam Psal. 14. descripsit. Et in eam desolationem  
incidimus propter neglectum uerbi Dei. Purum uerbi  
triticum erat Ecclesijs Christi proponendum, et paleas  
traditionum deglutiuiimus miseri ut illud Iesaiæ quadret Ies. 3.  
in nostros phrenapatas. Popule meus dirigentes te, sedu-  
cunt viam itinerum tuorum dissipant, uos ipsi euacuastis  
uineam meam.

Nunc ad id quod tempore Antichristi iustos multo ar-  
dentius oraturos pronuntias, atque ideo orationes non esse  
iuge sacrificium a propheta predictum, et ob id aliud  
quoddam esse sacrificium tempore Antichristi auferen-  
dum, nec ullum dari preter Missam. Respondeo. Cum Do-  
minus Matth. ult. pollicitus sit, scilicet nobiscum usque ad  
consummationem seculi, nimirum per fidem in cordibus  
nostris, fatemur nos non ita derelictum iri Electos, et si  
immaniter deseuiat Antichristus, ut nemo penitus super-  
sit qui fidat Deo et oret. Nam Dominus dixit, implendus  
est omnino, uerba enim eius non transibunt, etiam coelis  
transuentibus. Erunt igitur semper aliqui Christiani et  
cum ipsis Christus usque ad consummationem seculi, nihil  
lominus tamen ob eorum paucitatem qui persistut, et eos  
rundem imperfectionem, electos enim erraturos Christis

prædixit, uerissime dicit propheta, Sacrificium illud iuge  
ablatum iri, cuiusmodi loquendi modos in scripturis non  
paucos habes. Ita sa'uator Lu. 18. Cum (inquit) filius ho-  
minis uenerit an reperturus est fidem in terra? Ecce ob  
paucitatem uere fidelium ita loquitur, quasi neminem sit  
in terra fide' em reperturus, qui tamen usq; ad consumm-  
ationem seculi permansurum se nobiscum haud frustra  
pollicitus est, ubi uel tenuis uel nulla fides est, quantu' ob-  
secro sacrificiorum inuenies? Certe Methodius martyr  
Christi omne sacrificiu' ab Ecclesijs quieturum sudet pre-  
dicere, Preterea nosti Synecdochen in scripturis usita-  
tissimam, quam nisi uigilanter obseruemus, non omnia ad  
logicum rigorem exigentes, in errores multo maximos  
subinde prolabemur, per hunc tropum uel à parte totū,  
uel à toto pars intelligitur ut psal. 78. ut non fiam sicut  
patres tui, Generatio peruersa & exasperans, generatio  
qua' non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo  
spiritus eius, non custodierunt testamentum Dei, oblitii  
sunt beneficiorum eius. Hec quasi in totus populi Israel  
uituperium dicuntur, Et scimus impios tantum hic iuitu-  
perari, Moze ut dux populi, erat in generatione illa De-  
um exasperante, at melius testimonium in script. habet ut  
Heb. 3. Moze fidelis fuit in tota domo illius, ubi et si tota  
generatio nominetur, pars tamen eorum qui in lege no-  
luerunt ambulare, obliti beneficiorum Dei & mirabilis  
rum eius intelliguntur, Similiter Matth. 2 legimus totam  
Ierosolymorum urbem turbatam cū Herode propter rea-

gem iudeorum nuper natum. Hic totum nominatur ad-  
ditio signo universalis, quasi nihil superfit non turbatum,  
cum tamen aliquot pijs fuerint, felix illud tempus uisitatio  
nis ardētissimo desyderio expectantes ut Symeon et An-  
na, Ad quem modum recte dicitur sacrificium iuge ab-  
latum, quando p̄ae furore filij iniquitatis inualescente,  
¶ Altissimi sanctos conterente, ac p̄ae pusillanimitate e-  
lectorū, uix nominabitur ueri sacrificij doctrina impu-  
ne, In rariis enim solet scriptura huiusmodi figura uti, ¶  
rari erunt fideles pauciq; tunc orabunt fidei penuria ait  
Theophilactus, qñ cornu p̄eualebit contra sanctos, do-  
nec ueniat antiquus dierū, quid tu uideas et expectes, ne-  
scio, ego horrendam illam ult. temporis faciem propemo-  
dam intueor, ubi homo peccati sermones loquitur contra  
excelsum, ¶ sic p̄eualeat ut Euangeliū Christi uel no-  
minare uix liceat, Quām indignanter fert mundus, quo-  
ties Paulino more dicimus Coena Dñi, cū quidam nihil  
aliud uelint audire q̄ Sacramentum, O tempora calamis-  
tosa, Scripturæ uerbis non licet uti, quanto minus uita ad  
scripturæ regulam formata tolerabitur? Neq; tamen du-  
bitas Lutheranis saeuitiam ascribere quasi in quempiam  
ipſi ſauiant, Seditionem agricolarum per Satanam in  
opprobrium Euangeliū nuperrime excitatam, nemo uere  
cum negotio Euangelico miscuerit, de ijs iam loquor,  
qui Euangeliū docent, ¶ qui uitam conantur ad  
uerbi Dei p̄escriptum componere, ubi ſauiunt illi  
dic obsecro: quis non intelligat animi commoti æstum?

Tu oculatus testis es utpote inquisitor haereticorum, eos  
qui tibi Lutherani vocantur partim incertis vagari sed  
bus adfluctos, nusq; tutos, comburi, strangulari, & aquis  
suffocari, tam calamitosos nemo recte dixerit saeuire, sed  
potius extrema pati, partim si quos maior securitas domi  
retinet adeo non saeuire in quemq; ut & ipsi a utilissimis  
sepe hominibus lacefitti probris, non solum non regerant  
conuicta, sed pro persecutoribus oreant, & bono malum  
uincant. Porro cū clausos esse sermones propheta dicat,  
periclitari te sinam tuo sensu in enarratione. 1290. die  
rum. Dominumq; supplex interim inuocabo, ut in tem-  
pore tante tribulationis nos tucatur, ne praedicta abomina-  
tio, nos sua contagione tabefaciat.

Sed et illud uehementer exaggeras q; Daniel scripsit ipsi  
os no intelligere clausos sermōes, doctos autē intelligere.  
Hic iterum sumus furiosi, insani, impij & quid non? ad-  
iuuamus Antichristum, destruimus uerum Dei cultum.  
Respondeo, supererunt חמושבירלים qui intelligēt  
rem, no quos Achademia uel λύκειον docuit, ubi τυχη  
κός ἀνθρώπως naturae tantum secreta rationis ducta  
necumq; rimatur, sed qui ex spiritus s. schola prodierunt,  
nam prophetarum Mysteria non capit των μητρώ  
κόσμου. Et hoc tempore sunt qui intelligunt negotium  
eius qui mysterium iniquitatis tempore Pauli agebat, do-  
m. Cor. 2. lentq; ut par est, non propter altaria denudata, abolitas  
in templis imagines, templaque desolata, sed propter defec-  
tum iugis sacrificij, cum tam paucos hideant, qui negotiū

Euan gelij ex fide agant, cumq; uident Euangelium contra temni, Satanam passim contra unitatem Ecclesie sectas excitare, Christum explodi, & breuiter presentem intuerentur uniuersam illam misericordiam, quam eremiah in lamentationibus deflet. Vere enim ab ministris de solutionis stat in loco sancto, nam temp' a Dei que sumus nos, ut innumera alia huius seculi scelera preteream, exclusa fide & charitate, ueris templi Dei ornamenti, prophanantur Demoniorum doctrinis, eidolis traditio nrum, 2. Cor. 3. unde contemptus Dei et proximi sequitur, ut etiam inter Christi precones, Apostolus per paucos reperiat, quos ut olim Titum germanos in fide filios possit appellare, ut altorum defectionem taceam, ubi iam est fides conjugij spiritualis? Apostolus nos uni viro ut uirginem castam adiunxit, sed qui fit ut fornicemur in nostris iniunctionibus? cur simius corrumphi sensus nostros a simplicitate que erat erga Christum? Cum densissimas illas errorum & impietatis tenebras confydero, mirari cogor quomodo Sech. 5. doctus aut Sapiens ullus superesse possit, qui oculos habet euangelicos, quis enim se potest abscondere a uolnre nisi usq; non uolante, nam maledictio hec exist super faciem uniuersae terrae ut propheta ait. Captiuus misere detinetur Israe l, confusuratur Eidolis uerum Dei templum pro uerbi regno Babylonice abominationes regnant, nec usq; licet rite sacrificare, pre captiuitatis diuturnae squallore, ut uere cum Israele secundum carnem possimus clamare ad Dominum Iesa. 6. Et nunc Domine pater

noſter tu , noſ lutum & tu ſigiluſ noſter & opuſ manu-  
um tuarum omnes nos , ne ira ſcaris domine ſemper ualde  
& ne in æternum recorderis iniuitatis , Ecce reſpice ob-  
ſecro Dñe populus tuuſ omnes nos , ciuitas ſanctuarij tui  
facta eſt deſerta , Zion deſerta facta eſt , Ieruſalem deſola-  
ta , domus ſanctificationis noſtre et glorie noſtre , ubi lau-  
darunt te patres noſtri facta eſt in exuſtione ignis ,  
& omnia deſyderabilia noſtra ueraſa ſunt in ruinas . Nun-  
quid ſuper hiſ continebiſ te Domine ? tacebiſ & affliges  
noſ uehementer . Habes itaq; à quibus uerus Dei cultus  
deſtruatur , quem ego cum Iohanne adorationem uoco ,  
qua in ſpiritu & ueritate Deum colimus , Miſſa faciamus  
oſtentamenta templorum plusq; Acheronica . Cultus De-  
uerus non dicitur , qui per impios fieri potest qualis eſt ex-  
ternus ille quem doles alicubi interiſſe , cum iuſtius dole-  
res eo loci iam eſſe Ecclefiam , ut paruuli panem petant ,  
& ferme nemo eſt qui porrigat , tantum fordes obijciunt  
ur , ut omnes iam Ecclefiarum menſe uomitu et fordinu  
plene ſint abſq; loco ut eſt apud Icſaiam .

Ief. 28 . In ueteri lege certa erant loca diuini cultus , ſic legimus  
Altare & ſacrificiu Noah Gen. 8 . Altaria Abraham Gen.  
12. 13. & Gen. 21 . **לְשׁוֹן** eius , Altaria item Iſaac &  
Jacob Gen. 20. 32. 35. et Bethel Ge. 28 . Altare in mon-  
& Ebal Deut. 27. Iofua. 8 . Dein templa Solomonis &  
alteru à reditu Babylonico , Eteni Deo tum ſic iuſu ut lo-  
cū definiretur ubi inuocaretur nomen Dñi , et aures eius

in preces populi essent inclinate. 3. Re. 8. Deut. 12. 16  
2. Para. 5. Sed quid hæc ad Euangelij patefacti tempora? Dominus per Malachiam prædictum diuini cultus com mutationem quam & factam audit Samaritana ad fontem Iacob, q; si spiritualis Dei cultum neglexerimus, tantum templorum ornatus, & hoc genus externa cum Iudeis ceremoniariis impensis fuerimus admirati, nihil omelias audiemus q; olim Iudei apud Ieremiam, Hi cū in templo manufacto fidutiam haberent audiunt, Nolite confide re in uerbis mendacibus, dicentes, Templum Domini, templum Domini, Temp'um Domini. Quanto minus iam feret Dominus Iudaicas hasce glorias in luce Euangelij, qui fastidit Iudeos ob erroneam de templo opinionem, quod tamen ipse pro ratione temporis ordinarat. Quid tibi responderet Stephanus, cū in luce Euangelij tantifacis plusq; Iudaicas umbras, qui nihil nisi templum, altaria, thurificazioni, & externa sacrificia sonas, cum tanto fulmine uerbi Dei ferire non dubitauerit templum Ierosolymitanum, referens uerba Iesiae ex cap. 66. Cœlum sedes mea, Terra suppedaneum pedum meorum, que nam illa domus, quam edificabitis mihi, & quis ille locus quietis meæ, nonne manus mea facit hæc omnia? Non enim is est excellissimus (inquit) qui in manufactis templis habitat, Deus non uult coli iuxta nostras intentiones bonas, sed ex prescripto uerbi sui Deut. 12. Dic sodes ubi Christus usq; in nouo Testamento quicq; præcepit de temp'is extrensis, ornandis, honorandis, q; nam locus Matth. 2. 1. alio

orsum spectat, ubi Apostoli de Basilicis scribunt aut titul  
dant? Percurre no. Testamentum omne & liquido uis  
debis Christum & apostolos non magnificisse templaque  
secreta, ob quorum infrequentiam tu putas Antichristo  
uiam sterni. In festis ob hominum congregationem aliquo  
ties in templo Christus euangelizauit, alias & sepius, in  
montibus, in naui, ad mensam, in priuatis aedibus, & de-  
serto. Iohannes Christi praecursor & preeco in deserto Ius-  
deae predicauit. Apostoli in die Pentecostes in confertissima  
turba uarijs linguis loquebantur magnalia Dei. Phiz-  
lippus Eunicho praefecto Candaces Regiae Aethiopie,  
oracula prophetica de Christo in uia a Ierosolymis uersus  
Gazam aperuit. Paulus in Cœnaculo quodam usq; ad  
medium noctis sermonem Euangelicum protractus est.  
20. Petrus in domo Cornelij Centurionis mysteria Dei  
dispensauit. Num hic illa templorum magnifica mentio  
aut altarium, ubi tamen præclarissimum Apostolorum  
officium exercetur, nempe uerbi Dei predicatione. Non  
amplius Mose minister est in domo Domini, sed ipse filius  
domum Dei administrat, quæ sumus nos Heb. 3. atq; ob  
id Petrus nos uiuos lapides uocat domus spiritudis. Et  
Paulus Ephe. 2. scribit, Nos crescere in templum sanctum  
Domino, non manibus artificum, sed per spiritum Dei.  
Cum igitur pompas legalibus ceremonijs simillimas, &  
domum manufactam tempore Euangelice libertatis tan-  
topere uehis, ut in ijs seruatis & honoratis cultum Dei,  
in neglectis peccatum statuas, Quid miraris, si hereticuli  
inducti

indotti et habebet te non recto pede ad ueritatem Euangeliū  
incedere suspicentur, neq; tamen damnamus carum rerum  
usum, sed abusum. Nam & olim ερυεῖον erat, & pijs  
hymnos cantusq; gratiarū actionis modulabātur, testibus  
Philone & Plinio ad Traianum. At iam longe alia Ec-  
clesie forma conspicitur, olim enim conuentus erant sim-  
plices ad orandum, legendas enarrandasq; scripturas, &  
Coram Domini celebrandam, loquebantur sibi metipsis  
per psalmos & hymnos & cantiones spirituales, gratias  
agentes de omnibus in nomine Iesu Christi. Iam uero pom-  
pa sumptuosissima regnat prisca simplicitati penitus con-  
traria, Per immortalem te obsecro Eeci, consydera accu-  
ratus, quando templa, templorumq; innumerā cāremo-  
rias tot praeconijs decantas, quid laudes, nonne Organis  
& canticis non intellectis, & solo labiorum cultu magna  
ex parte omnia templa resonant, psalmos non intellectos  
canunt conducticij, q; iuxta Maleachi exprobrationē, nō  
claudunt ostia, nec incendunt altare gratuito. Et cum A= Malea. 1.  
postolus in Ecclesia omnia uelit ad ædificationem fieri,  
malitq; quinq; uerba mente loqui ut alios instituat, q; de= 1. Cor. 4.  
cem milia uerborum lingua. Quis hic ædificatur, ubi lin-  
gua vulgo ignota legitur caniturq; totos dies? & his pom-  
pis cogitur cedere munus apostolicum, q; si pene nihil ex  
ijs que leguntur et canuntur uel ipsi intelligent uel alijs  
interpretantur, ubi bona illa Ecclesiæ conditio tam apo-  
stolice instituta sicut quidam putant? Absq; spiritu & fide  
plexaq; fiunt & adhuc sine modo, & fine laudamus tem-

pla, ritusq; templorum, Deus apud prophetam Amos  
odisse se dicit & proiecisse festiuitates Iudeorū, nec caper-  
re odorem cœtuum eorum. Aufer (inquit) à me tumultū  
carminum tuorum & cantica liræ non audiam. Quid si  
Dominus, quæ ipse tum instituerat, respuit, ut que sine  
spiritu & fide in spiritu erroris fierent, quo uultu nostra  
templa, cantus, Altaria, organa, & uniuersum externū  
illius sacerdotij apparatum respexerit? Vbi simplicibus  
magnifica pietatis species ad blanditur, cum interim uis  
eius negligatur et impletur, etiamnum quod Amos dixit,  
de fermento laudem sacrificant hypocritæ. Quid multa?  
manifestius est q; ut docere oporteat, quid ad sinceram  
fidem & charitatem faciant cœrei, ornamenta altarium,  
imagines, cantus immodi ci, fraternitates & reliqua que  
hactenus se titulo cultus diuinū uendarunt. Quomodo  
autem hæc à carne in spiritum in no. Testamento trans-  
ferantur, quandoquidem veterum autoritas te plurimum  
mouet. Ireneus breuiter indicat lib. con. Valent. 4. c. 34.  
ubi nam sint altare & templum in no. Testamento, Al-  
tare (inquit) est in coelis, illuc enim preces nostræ & ob-  
lationes nostræ diriguntur, Et temp. um, quemadmodum  
Iohannes in Apocalypsi ait, & apertum est templū Dei  
& tabernaculum, Ecce enim (inquit) tabernaculum Dei  
in quo habitat cum hominibus, Vides itaq; te frustra Da-  
nielis uaticinium iactasse, quacunq; enim ratione hacte-  
nus à spiritualibus enarratum sit, Missæ tamen non suffra-  
gatur. Neq; Porphyrius tantum, hostis Christianæ fidelis

sed Chrysostomus etiam eruditione & pietate conspicuus  
hunc locum Danielis de Endeletchismo, ad Antiochi per-  
secutionem refert, quem scribit oratione secunda contra  
Iudeos. Hunc sacrificandi morem apud Iudeos sustulisse  
et immutasse, suęq; enarrationis testem citat non contem-  
nendę autoritatis Iosephum ex lib. antiqu. 10. c. 12. qui  
cum Danielis iusionem de ariete, hirco, de. 4. cornibus,  
de postremo post illa exorto exponit, Inter alia palam  
hęc de Antiocho intelligenda scribit, nā eius uerba sunt,  
Dixit ex eis quendam oriri Regem expugnaturum gen-  
tem eius, & leges atq; conuersationem pariter ablaturū,  
& templum depredaturū, & sacrificia tribus annis pro-  
hibiturum, & hęc utiq; nostra gens sustinuit per Anti-  
ochum qui appellatus est Epiphanes, sicut uidit Daniel,  
hęc Iosephus. Ex ijs colligitur iuge sacrificium Iudeorū  
hęc prophetia designari, quod crudelitate Antiochi sub-  
latum est, & post triennium uix tandem manu Iude Mac-  
tabei filij Matathiae restitutum. 25. die mensis  
Ατ si lubet transfer hęc ad Antichristum, modo scias tuā  
de Missali sacrificio opinionem hinc nequāq; stabiliri, sed  
nostram potius sententiam, Cum enim ob illusionis effica-  
tian & doctrinas dæmoniorum sana fides deficere cœ-  
perit, languerit charitas, eiusq; officia, crudelitate Anti-  
christi longe latęq; graffante, interrupta tacuerint, deniq;  
Christianorum τοσχή γυγίσ ad coenam Dñi & Eucha-  
ristian celebrandam, eōq; rem sacram faciendam nusq; ad-  
mittatur, aut cæsis passim aut fugatis gregis dominicet

pastoribus & ouiculis tempore angustiæ trepidantibus,  
dispersis & latentibus, Ipse iudicato ubi tandem locum  
habeat ἐνδελεχίας, Non obscura uidemus huius  
mali præludia, quando autem ipsa penitus tollendi iugis  
sacrificij hora instet, Dominus nouit, an recte uel perpe-  
ram uaticinium prophetæ intellexerim, Sedentes dijudi-  
cent. Hic tu mihi Ecclesiarum Magistros obtrudis, uetus  
stissimos Patres, qui in cœna oblationem esse affirmarūt.  
Vnum confiteor magistrum Ecclesiae Ihesum Christum  
auctoritate patris cœlestis iuxta illud Matth. 23. Vos no-  
lite uocari Rabbi, unus est enim magister uester nempe  
Christus, omnes autem uos fratres estis. Et Ioan. 13. Vos  
uocatis me magistrum ac Dominum & bene dicitis, sum  
etenim, cuius uerbi memor Apostolus, non dixit, Sic nos  
æstimet homo ut Magistros Ecclesiae, Sed dixit, Sic nos  
æstimet homo ut Ministros Christi & dispensatores my-  
steriorum Dei, quod supereft autem illud requiritur in  
dispensatoribus ut fidus aliquis reperiatur. 1. Cor. 4. Que  
nolim dicta in Patrum contumeliam, quos & ego admi-  
ror ut doctissimos, & ueneror ut sanctos, satis enim te-  
stantur fidem suam eximijs monumentis, que certe eius-  
modi fuit ut si hodie uiuerent, regnum uestrum regnum  
abusum nequaquam suis scriptis constabiliri paterentur, in  
tra hos terminos quos ipsi fixerunt non permansistis,  
& nihilominus ipsorum auctoritate ad confirmandos ab-  
usus pertinacissime abutimini. Oblationem igitur in cœ-  
na Domini fieri, ut à patribus recte forsitan & intellectu

¶ dictum est, ita à nobis qui Papæ regnum tuemini, pe-  
nitus non est ad scripturæ regulam assertum, Introspice  
Christi institutionem & mandatum, moxq; patebit Eccle-  
siae factum que à regula Magistri sui unici nempe Christi  
non recedit. Christus iubet edere corpus suum & bibere  
sanguinem, & mortem Domini annuntiare donec ueniat,  
Dum igitur Christo obsequitur Ecclesia, morte redemp-  
toris in Coena annuntiat, ut Apostolus Roma. 4. docet.  
Christus mortuus est propter peccata nostra Rom. 3. &  
Ephe. 2. Omnes sumus peccatores nati & filii iræ, Et  
Ephe. 2. Cum essemus mortui per delicta, conuincitauit  
nos Deus una cum Christo, simulq; cum eo resuscitauit,  
& simul cum eo sedere fecit inter coelestes in Christo Ie-  
sus, ut ostenderet in seculis superuenientibus eminentem o-  
pulentiam gratie sue benignitate erga nos per Christum  
Ihesum, gratia enim sumus seruati per fidem, idq; non ex  
nobis, Dei donum est, non ex operibus ne quis glorietur.  
Et Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij,  
qui est pretium redemptionis nostræ. 1. Tim. 2. & pro-  
piciatio pro peccatis nostris. 1. Iohann. 2. Hic fideli memo-  
ria recordamur peccatorum nostrorum iræ Dei, iustissi-  
miq; in peccatores iuditij, cor redditur contritum & hu-  
miliatum, sacrificium Deo acceptum. Tum Euangeli  
uoce in firmam spem salutis erigimur, credendo pro pec-  
catis nostris per mortem Christi unicum & uerum expi-  
ationis ueræ sacrificium, esse plenissime satissimum, qua-  
fide non simulata fit ut mortificationem ueteris Adams

nostris morti Christi incorporatam per Christum offerat  
mus patri, non signum vacuum habentes, sed illud ipsum  
sacrificium olim in cruce oblatum, nunc in pane et caliz  
ce uocationem Dei percipientibus presens tractantes,  
nempe corpus uerum et sang. uerum Ihesu Christi, in  
quibus plena reconciliatio facta est, quam ueram expia-  
tionis plenissime victimam fideli commemoratione et cum  
debita gratiarum actione uelut obtendimus Deo patri, q.  
per misericordiam suam saluos nos facerit mundum sibi  
reconcilians per mortem unigeniti, qua ratione Veteres  
recte Coenam appellant ευχαριστίαν, Sic Eusebius  
Emissenus uere scripsit Christum in die Coenae nobis sa-  
cramentum corporis et sanguinis consecrasse, ut colere-  
tur iugiter per Mysterium, quod semel offerebatur in  
preium, Attende, semel in precium oblatum Christum,  
sed iam coli iugiter per Mysterium, quamuis igitur ad-  
dat, ut quia quotidiana et indefessa currebat pro omni-  
um salute redemptio, perpetua esset redemptionis oblatio  
et perennis uictima illa uiuaret in Memoria, et semper  
presens esset in gratia uere unica et perfecta hostia et c.  
Facile tamen intelligit qui scopum sententie Emisseni in-  
tuetur, nihil hic statui de aliqua oblatione satisfactionis  
noua et pro peccatis uiuorum ac mortuorum, iampriz-  
mum expiandis quotidiane uestro more iteranda. Patrum  
itaq; sententia et uestrum dogma longe lateq; dissentunt.  
Patiens in Coena oblatione ponunt, q. ibi corpus et sang.  
Christi, uerum illud sacrificium, quo olim perlitatum est

tractetur, ad memoriam mortis Christi refricandam, ut fid  
des, charitas & spes alantur ad perceptionem fructus per  
unicam Christi oblationem parti, nec uolunt proprie hic  
nouum sacrificium fieri pro peccatis mundi. Hinc &  
Gabriel tuus postquam fassus esset Christum in cruce se obtu-  
lisse, factumque uerum sacrificium semel moriendo pro re-  
demptione omnium prædestinatorum efficaci Heb. 9.  
Tandem addit. In officio autem Missæ idem est sacrificium  
non per iteratam mortem, sed per mortis semel passæ re-  
memoratiuam representationem. Et eodem loco scribit,  
Christum semel tantum passum, Nos autem quottidie  
mortis illius unicæ memoriam in hoc sacramentali sacri-  
ficio representare, In calce Ambrosio tribuit hæc uerba,  
sed que ipse quoque probat. Christus hostiam obtulit, ipsam  
offerimus & nunc, sed quod nos agimus, recordatio est  
sacrificij. Idem sentit Theophilactus Heb. 10. cuius hæc  
uerba sunt. Quæret aliquis, num et ipsi sine sanguine im-  
molamus? Ita quidem sed Christi tunc reminiscimur obitus  
eundem semper offerimus, quin potius oblationis illius  
memoriam facimus, perinde ac esset hoc tempore immo-  
latus. Denique Thomas tuus super epist. ad Heb. cap. 10.  
Ob'atio quam offerimus (inquit) non est alia, quam illa quam  
Christus obtulit, sed est commemorationis illius hostiae quam  
obtulit Christus. Breuiter, nisi data opera uelimus falla-  
tarum tendicula nos metipos irretire, non difficile fuerit  
ceruere, Patres sacrificium aut oblationem secus accepisse  
nos, dum in coena sacrificium posuere, Nempe uel sa-

erificium ab eo quod semel fuit, & uim expiationis perpetuan habet ut respexisse videantur ad corpus & sanguinem presentia non q̄, hæc denuo per manus nostras Deo offerantur, sed semel oblata perpetuo sacrificij uin obtineant exerceantq; Aut respexerunt patres ad cultum Dei exteriorū aut sacrificiū seruitutis in cœna, quo nūc Deo seruire dicit Ecclesia, quemadmodū olim Synagoga exercitio suorum sacrificiorū ad colendum Deum adformabatur, precipua enim hæc est Dei seruitus externa in nostro testamento, qua in ceremonia panis Eucharistiae rite tractans da conuenimus & unimur Domino, quo cultu obuerteris hominis torporem nunq̄ non in obliuionem rerum coelestium nos retrahere conantis, plane opus est in hac mortali uita, Neq; obscurum est quod dico. Si Irenei uetus iste mi ea de re uerba recte intellexerimus, qui libro 4. con. Valenti. cap. 32. scribit Christum suis discipulis desisse consilium, ut primitias Deo offerant ex suis creaturis, non quasi indigēti, sed ne in fructuosi & ingrati sint, cum qui ex creatura panis est, accepit et gratias agit dicens. Hoc est corpus meum, Et calicem similiter qui est ex ea creatura quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in uniuerso mundo offerat Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primicias suorum munierum in nouo Testamento, & citat ad hoc locum de munda oblatione in gentibus Maleachi primo. Et cap. 33. dicit Ecclesiam offerre in Deo omni-

potente per Ihesum Christum, ubi si uestrum sacrificium  
intelligendum esset, nempe Christus in manu sacerdotis  
denuo offerendus Deo patri pro peccatis, ut tu scribis,  
secus esset locutus, Cum autem dicat, nos offerre in Deo  
per Christum, manifestum est, cum in cena non posuisse,  
tuum illud sacrificium, quo Christus quotidianie pro pecca-  
tis uiuorum & mortuorum docetur offerendus, alioqui  
non dixisset nos offerre in Deo per Christum, sed offerre  
nos Christum Deo. Porro ca. 34. hæc subiungit, oportet  
nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos nos  
inueniri fabricatori Deo in scientia pura et fide sine hy-  
pocrisi, in sp̄e firma, in dilectione feruenti, primitias eo-  
rum quæ sunt creaturarum offerentes, Et hanc oblatio-  
nem Ecclesia sola puram offerret fabricatori, offerens ei  
cum gratiarū actione ex creatura eius. Hic sanctus Ire-  
neus de pane & uino sanctificatis loquitur, hæc ipse solet  
oblationem uocare, non more uestro, sed paulino, Paulus  
enim dona quæ in usum pauperum segregabantur, hosti-  
am solebat uocare acceptam Deo, ut Philip. 4. Expletus  
sum postq accepi ab Epaphrodito, quæ à uobis missa fu-  
erant, odorem bonæ fragrantiae, hostiam acceptam, gra-  
tamq; Deo. Ex qua loquendi ratione Paulina, facile et in-  
coenam hostiae aut sacrificij nomen irrepit propter dona  
quæ à pijs adferebantur, & propter primitias eorū quæ  
sunt eius creaturarum oblatas, ut uocationem Dei percipi-  
entes, iam non communes, sed sanctificate essent,  
nempe Eucharistia quæ ex duabus rebus constat, terrena

O cœlesti , ubi tamen nihil unq̄ cogitatum de sacrificio  
pro peccatis, ut facile ex his pateat Ireneum in ea opinione non fuisse, ut corpus Christi & sanguinem denuo offerri in coena dominica pro mundi peccatis existimarit,  
cum ipse de oblatione sacramentali gratiarum actionis  
non obscure loquatur, quando dicit, primitias nos Deo  
offerre ex suis creaturis, ne simus infructuosí et ingrati.  
Et cap. 34. Offerimus autem ei non quasi indigenti, sed  
gratias agentes donationi eius, Non igitur offert Ireneus  
ut iam primū sua oblatione peccata expiat, sed ut gratias  
agat. Innuit enim nos iam esse redemptos & adertos in  
libertatem. Ceterum sic liberatis porro non esse stertendū  
in ea libertate, sed debitam animi gratitudinem pro inc-  
narrabili redemptionis beneficio testandam esse in liber-  
tate spiritus. Ad hæc & Urbanus primus in epist. de Re-  
rum communione, ipsas res fidelium appellat oblationes,  
quia Domino offerātur. Et Ambrosius super. 1. Cor. 11  
testatur oblationem in coena nō accipi more uestro apud  
doctores Ecclesiæ, qui ait, Hos notat qui sic in Ecclesiam  
conueniebant, ut munera sua offerentes aduenientibus pre-  
sbyteris, quia adhuc rectores Ecclesijs n omnibus locis  
fuerant constituti, totū sibi qui obtulerat uendicaret schis-  
matis causa, dissensiones enim inter eos pseudoapostole  
seminauerant. Ita ut oblationes suas zelarentur, cum una  
atq; eadem prece omnes oblationes benedicerentur, ut hi  
habebant, pudore correpti confunderentur, non sumentes

Partem, & tam cito illud agebant ut superuenientes non  
muuerirent quod ederent. Similiter & Cyprianus cu[m] dicit  
panem & calicem Domini offerri, certe non ullam intel-  
lexit expiandorum peccatorum nouam iustitiam, sed cul-  
tum illum Dei in coena, quem & sacrificium uocat a re  
sacra facienda, nam lib. 2. Epist. epist. 3. sic inquit. Passio-  
nis Christi mentionem in sacrificijs omnibus facimus,  
passio Domini est sacrificium quod offerimus, Quomo-  
do obsecro nos offerimus passionem Domini? Nonne  
offerre passionem Domini alia ratione nequimus, quam  
ubi cum debita gratiarum actione eam commemoramus,  
& per Christi passionem preces nostras & nos Deo pa-  
tri offerimus, ut nostra sacrificia per fidem, uero illi sa-  
crificio expiationis incorporata tandem Deo offeratur,  
quod eo fit maiori & grauitate et fructu in coena Domini  
nica, q[uod] sacrificium expiationis habemus presens, Nam  
Cyprianus scripsit, diuinam essentiam se ineffabiliter  
Sacramento uisibili infundere, ut esset religioni circa sa-  
cramenta deuotio. Hinc & Concilium Ephesinum ait,  
Incruentam celebramus in Ecclesiasticis sacrificijs serui-  
tutem, sentiens nimiri, adesse quidem sacramento Eucha-  
ristie corpus et sang. Domini, at hic proprie non sacrifici-  
ari, q[uod] denuo sanguinem Christus non fundat nec moria-  
tur, sed incrueuta tantum seruitus celebretur, ubi ad bene-  
dictiones mysticas accedimus, & sanctificamur partici-  
pes sancti corporis & preciosi sanguinis Christi omniu[m]  
nostrorum redemptoris effecti, Nulla hic Missalis sacri-

ficij mentio ubi corpus & sanguis denuo pro delendis peccatis offerantur, Modus itaq; loquendi patrum eti prima fronte nonnihil uestro dogmati suffragetur, recte tamen consideratus adeo nihil uestram assertionem iuuat, ut non dubitem patribus iniuriam fieri grauissimam uestris interpretationis, siquidem patres in coena dominica ad testandam fidelis animi gratitudinem & Eucharistiam respexerunt, & ad nos passioni dominice per fidem incorporandos, acceptae remissionis peccatorum agnitionem presupponentes, & fructum gratitudinis exigentes, nequaquam autem pro peccatis placare denuo iratum iudicem uoluerunt, quem filij morte reconciliatum nobis firmiter cum Apostolo crediderunt, alioqui contra scripturam docuissent secus tractare coenam q; à Domino institutam est, quod q; sollicite cauerint, Cyprianus lib. epist. 2. epist. 3. testatur, ubi dicit, Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putabit, sed quid, qui ante omnes est, Christus prior fecerit, Neq; enim hominius consuetudinem sequi oportet, sed Dei ueritatē, q; si nec minima de mandatis Domini licet soluerit, quantumagis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominice passionis & nostrae redemptionis sacramentū pertinentia fas non est infringere, aut in aliud q; quod diuinus institutum sit, humana traditione mutare? Quia his clarius? Cum igitur diuinus institutum sit, Coenam dominicam agere in commemorationem mortis domini & pro munienda Ecclesia robore fidei aduersus portas

infrorum, non ut denuo nostris sacramentis aut oblationibus pro peccatis nostris satissimam faciamus, Consecrarium est nemini licere ut à magisterio diuino recedat & doceat quæ Christus et Apostoli non docuerunt. Patres sancti in litteris sacris exercitatissimi, et ad Christi doctrinæ attentissimi uestris abusibus nullum robur adjiciunt, sed uos contra Patrum uoluntatem, p[ro]i[ect]e scripta ad defensionem abusuum pertrahitis, Redite igitur ad simplicitatem Ecclesie apostolice & scripturæ sinceritatem, abusus tollite & omnis tolletur discordia. Iam uobis habemur heretici et schismatici, quasi à scripturæ ueritate & Ecclesie unitate recesserimus, cum uos à scripturæ simplicitate, Cœnæq[ue] dominice sinceritate ad multiplicem & multiforum illam Missam sitis translati, primitiæ Ecclesie moribus penitus dissimiles in annoso illo schismate uestro quod solum nunc mundo Ecclesia Christi habetur. Cupimus autem scire an hec Zizania in agro Domini fuerint Apostolis Ecclesiam moderantibus, quæ iam à uobis tanq[ue] selectæ fruges habentur. Primo ad munus Apostolicum eliguntur & ordinantur, uobis etiam testibus, qui non sunt idonei ad uerbi ministerium uel sacramentorum administrationem, satis est sic tonsuram, sic uestitum, Episcopiq[ue] diplomate commendatum esse, Age Eccl[esi]a si mentior, occide. Cumq[ue] Cœna est celebranda prodeunt plures q[ui] opus sit, Aheronico propemodum apparatu ubi nihil u[er]o piam appetit, quod dominice Cœna sit uel tantillo simile, Intentio inculcatur denuo offerendi Christum pro pec[on]ia

eatis uiuorum & mortuorum, Securi sumus, etiam si ini-  
mediate sacrificans plane sit impius propter opus opera-  
tum Missæ, quasi qui ipse reprobus est & prophanus,  
sanctificare alios & iuuare possit, cum Ireneus scribat, à  
conscientia, si pura sit, sanctificari sacrificium, non homi-  
nem sanctificari à sacrificijs. Vobis autem inuenta ratio  
est, qua ad mediate offerentem, hoc est Ecclesiam respi-  
cit, ad personaliter offerentis impietatem & operis o-  
perantis penuriam indulgentissime connuetur. Tum pri-  
uatae uobis Missæ celebrantur, non siti aut esurie iustitia,  
sed ex necessitate utpote conductæ & implendæ, qualis-  
cunq; tandem sit fides Missantis, ubi hic Pauli proba an-  
te coenam habenda? Merita item oblationis dominice ap-  
plicari nobis per actionem representationis in Missa pas-  
lam docetis, Laicos à communione sub utraq; specie sub-  
mouetis. Verba Coenæ de placato Deo & remissis per  
sang. Christi peccatis, uerba inquam summae consolatiois  
& diligenter inculcanda populo, nos occultatis, ex  
quibus autem scripturis prodeunt anxie illæ inuocatio-  
nes & mirabiles commendationes in Missa uestra? ubi  
quæso habentur illa, quæ palam questum redolent, nem-  
pe Missam unam, non tantum ualere pro pluribus si eis  
ex æquo celebretur, quantum ualeret si uni soli uel pau-  
cioribus applicaretur, Item magis ualere suffragum ali-  
tui, quod pro eo singulariter fit, q; quod fit pro eo com-  
muniter & pro alijs multis, atq; illud q; foede lucrosum  
est q; ad beatitudinem tendenti expedit et utile sit Missas

pro se specialiter procurare, ubi inter haec uiget charitas  
que sua non querit? Et breuiter quid in his dogmatibus  
est quod simplicitatem & puritatem doctrinæ Christi &  
Apostolorum de coena Domini referat? Ad haec docetis,  
beatificandum oportere prius ab omni debito poenæ li-  
berari, Missam uero esse quæ ab huiusmodi debito liberet  
in toto uel in parte secundū pportionem fructus Missæ  
ad liberationem poenæ qui si totus uni applicetur citius  
liberet illum, q̄ si illi & simul alijs impariretur, Num &  
illud apostolicum est quod Richardus tradit. Tantum  
(inquit) licet celebrare super altari lapideo, Calice ligneo  
lapideo aut uitreo non licet celebrare, nec sine igne aut  
uestibus ab Episcopo benedictis, cum tamen sanctus Ex-  
uperius Tolosæ Episcopus, corpus Domini in canistro  
uimineo portarit, & sanguinem in uitro. Quid autem  
est Missa sicca secundū Guiliel. in ratio. d? Et q̄ sepe uno  
die Missare non licet, nisi ex causis magnis quarum una  
est, si persona præstabilis superueniat & Missam petat,  
car non missatur etiam si humiliis persona, modo pia Mis-  
sam pecierit, quid hic personarū respectus habetur? præ  
his nebulis humanarum traditionum non licet claram  
rei ueritatem afficere, Hos igitur abusus à Coena Domi-  
ni Eucharistiae sacramento tolle ut apostolicam tradicio-  
nem apostolice peragamus, & protinus tolletur schisma  
quod dum non facis, nos iure Christianæ libertatis à te  
dissentimus tanq̄ à Deuterota, qui à Christi apostolorū  
& doctrina & instituto dissentit & recedit. Taceo iam

cærimonias multiplices Missæ quibus factum ut cœnæ  
Domini à prima Christi institutione in legalem quendam  
Dei cultum & sacrificium plane Aheronicum degenera-  
rit, cum enī simplicissime omnia ab Apostolis tradita &  
tractata sint, unde queso Iudaica hæc religio, illicitū esse,  
ut uasa sacra à Laicis tangātur? unde Albarum et Cor-  
poralium leges & nonne quedam à Sixto primo sunt ex-  
cogitata? Sunt & alia additamenta, sed tolerabiliora, nā  
Introitum Missæ legimus à Celestino datum, à Gregorio  
Kyrieeleyson, à Telesphoro Gloria in excelsis, Collatio-  
nes à Gelasio primo, Epistolam & Euangelium à Hiero-  
nymo, Mortuorum commemorationem à Pelagio, Thus  
à Leone, Osculum pacis ab Innocentio primo, Agnus dei  
à Sergio, alia ab alijs, his autoribus instructissima illa, in-  
numeris penè cærimonij Missa in hanc, quam uidemus,  
pompam succreuit, & tu eam ad Christum & Apostolos  
refers, nihil tale statuentes? Canon certe, qui tamen uobis  
sacrosanctus habetur, Apostolica autoritate non est con-  
firmatus, sunt enim qui à Scholastico putant conscriptū.  
Et diuinus Gregorius paulo ante suam ætatem factum in-  
dicat, qui si ab Apostolis ad nos peruenisset, nunq Am-  
brosius alium habuisset, sed Apostolica traditione fuisse  
contentus, Nolumus tamen ut temerarij quidam noua-  
tores omnem penitus ritum dannare, sed perlubenter ad  
quosdam pro Christiana libertate coniuebimus, modo que  
per sacrificij & operis boni opinionem perperam &  
contra scripturas addita sunt, aboleas.

In fine

In fine capitinis iusto zelo excandescis in temeratores  
sacramenti Eucharistie, Non enim dubito pœnas gra-  
uissimas daturos, quotquot non ea quam Paulus exigit  
probatione cœnam Domini perægerint, apud nos inten-  
tati illius criminis neminem possum reum ostendere,  
ur qui iampridem didicerimus quæ sit contritio uera  
que item confessio pio digna, Si qui tamen (ut sunt passim  
qui nec Deum timent nec hominem reverentur) rem tan-  
tam sacrilego ore blasphemauerint, ex me non didicerunt  
& iustum Christiani magistratus iram mox senciunt, Ie-  
suum docuimus non quadragesimale tantum, sed iuge quale  
spiritus cuiq; ad domandam carnem prescribit, Iesaiā c.  
58. nobis ieunium depingit Deo imprimis gratū, ad quod  
nos Ecclesia nunq; non adhortamur, sed cur tam enorme  
piaculum putas sub utraq; specie cōmunicare? Nū inexpia-  
bile flagicium nunc est, quod olim etiam Gelasio Gregorio  
et Terisq; R.O. Pontificibus non fuit? an nō licet p te Chri-  
sti uerbum & factū sequi? Opponimus enī omnibus tecum  
sentientibus Apostolū qui cum apud Corinthios Cœnā  
dominicam sub utraq; specie celebrarit, facile nos iden-  
sidentes à uestris contumelijs vindicabit, Aedicula qua  
panis Domini aliquot annis hactenus seruari solitus est,  
magnifieri à nobis non potest, ut qui in hoc unum inde-  
fesso incumbamus studio, ut Ecclesia Christi nullo alio q  
puro Dei uerbo regatur, & consuetudini quantumcumq;  
longe sancta Dei ueritas preferatur. Episcopis non est  
data potestas in destructionem, sed in ædificationem. De-

struunt autem quoties secus q̄ Dominus docuit et Apo-  
stoli facerunt, nos facere compellunt, cuius te tuus Am-  
brosius monere potrat, qui. 1. Co. 11. ait, Indignum di-  
cit Apostolus esse Domino, qui aliter mysterium celebrat  
q̄ datum est ab autore, ideo premonet ut secundum ordi-  
nem traditum deuota mens sit accendentis ad Eucharistie  
am Domini.

### RESPONSIO AD CAPVT SEXTVM.

**C**apite 5. contendis in psal. 72. predictum Euch-  
aristicæ sacramentum, idq; clare, quomodo supra  
capita Sacerdotum sit eleuandum, quod an ita futurum  
fuerit, videbimus. Ac primo extra controversiam est So-  
lomonem hoc psalmo prophetare de Regno Christi, at  
Eucharistie ullam hic mentione fieri nemo uidet, nisi qui  
ubiq; omnia uidet, Quia muis enim. LXX. legant εστατι-  
σθητιγμα εν τη γη επι οκρων τον ορεων ουτε  
εφερθεται ουτε εργα τον Αβανον ο καρπωσ αυ-  
του et c. hoc est, erit firmamentum in terra, in sum-  
mis montium, superexcolletur super libanum fructus ei-  
us, idq; ad institutum tuum seruiat, quo elevationem Sa-  
cramenti supra capita sacerdotum censes intelligendam,  
Hoc tamē loco tutius hebraicam ueritatem amplectimur,  
sicut in plerisq; alijs ubi. LXX. Interpretes ab hebreo  
dissentunt, et ne hoc putes haereticorum esse perfugum.  
Hieronymi uerba audiemus cui idem placuit, sic ergo

Scribit ad Suniam & Fretelam. Sicut in No. Testamento,  
si quando apud Latinos quæstio exoritur, & inter exemplaria uarietas est, recurrimus ad fontem græci sermonis,  
quo nouum scriptum est instrumentum, Ita in veteri Testamento, si quando inter Græcos Latinosq; diuersitas  
est, ad hebraicam recurrimus ueritatem, ut quicquid de  
fonte proficiatur, hoc queramus in riuulis, Et contra Ruffinum, copiose ostendit quanto plus hebraicæ ueritatis  
¶ LXX. versioni sit tribuendum, ut interea taceam,  
quod Hieronymus post Iosephum scribit super Micheā,  
ex habreorum traditione, nempe quinq; tantum libros  
legis Mosis à LXX. esse translatos & Ptolomeo Regi  
contraditos, quo loco uir tantus uehementer addubitat,  
an ea uersio sit .LXX. ostendens passim in prophetis  
quantum ipsa ab hebraica ueritate discordet, Evidenter  
uix crediderim fidos suis interpretes Iudeos inter gentes, ut qbus Thalmudicū illud in Th.  
במסורת חזיאת ב. און מוסרום ex R. Ami sacrosanctum semper fuerit  
רבינו תורה לגוי ש ב מגו רביינו ליעקב  
חכינו ומישפטינו לישראל לא עשה כזכלל  
גוי, hoc est non explariantur uerba legis cuiq; gentili,  
eo q; scriptum est, Qui annuntiat uerba sua Iacob, precepta sua & iudicia sua Israel, non facit simuliter omnem  
genti, à qua suspitione non absuisse et Hieronymum ab  
de testantur quæ ille scripsit contra Ruffinum, Vbicunq;  
(inquit) LXX. ab Hæbreo nō discordant, ibi Apostoli  
de interpretatione eorum exempla sumpsero, ubi uero

discrepant, id posuerunt in græco quod apud hebreos  
didicerat. Et in Ieremiam c. 27. Postque defectum LXX.  
notasset, subdit. Idecirco admoneo ut prudens Lector in-  
telligat, quantum desit per singula græcis codicibus &  
Latinis. Hinc sit ut hæc que circumfertur editio græca,  
non credatur esse incorrupta illa. LXX. uersio, sed xoi-  
vñ, hoc est, communis editio pro locis & temporibus &  
pro uoluntate scriptorum ueterum corrupta. Quidam ne-  
premitur autoritate hebraicæ ueritatis, cauissantur libros  
hebraicos à Iudeis esse falsatos, quibus respondeat Hiero-  
nymus in Iesaiam cap. 6. Ex octavo uolumine explana-  
tionū Origenicarum in hunc prophetam, cuius hec sunt  
uerba. Nunque Dominus & Apostoli qui cætra crimina  
arguunt in scribis & phariseis, de hoc crimine quod era-  
rat maximum, reticuissent, sin antem dixerint post ad-  
uentum Domini saluatoris & predicationem Apostolo-  
rum libros Hebreos fuisse falsatos, cachinnum tenere nō  
potero, ut Saluator, & Euangelistæ & Apostoli ita testi-  
monia protuderint, ut Iudei postea falsati erant, Que  
non in hoc produxi ut. LXX. interpretes reijcam, sed  
ut ostendam in uet. Testamento tutius nos hebraicam uer-  
itatem sequi que. LXX. interpretes, atque id non esse nos  
uellorum (ut uocas) hæreticorum suffugium, sed ueterum  
doctorum monitionem haud poenitendam, Quare hebra-  
icam ueritatem sequare, que sic habet, זה פשת בר כהן  
בארץ בראש חרות ירושם לבניון בריו וויצו נסיך רעש הארץ Erit multiplicatio

frumenti, uel particula, uel placenta tritici in terra, in  
uerice montium concucietur uelut libanus, fructus eius,  
& germinabunt de ciuitate sicut herba uirens terræ. Si=  
milter Thargum **זרע בלבנו** utrinq; le=  
gis, non eleuabitur, sed concutetur. Hic certe Propheta  
loquitur de abundantia frumenti, quo nutriuntur anime,  
hoc est de pane uerbi Dei, unde decutitur a credentibus,  
multiplex fructus spiritus & facetas uitæ æternæ, uelut  
in libano qui mons est bonarum arborum feracissimus.  
Et germinabunt uel florebunt illi montes de ciuitate, id est  
Ecclesia sanctorum, sicut herba uirens, que ut de successu  
messis intelligamus, totius psalmi scopus & circumstantiae  
cogunt. **Quod si me urges Targo Ionathæ, ubi legitur**  
**ירוחם סרבען זעיבורעא בארא ברוש טוריוא**  
placet paraphrasis, sed nihil opus est de Christo intelli=  
gere per manum sacerdotis eleuato & oblato, Verissime  
autem de Christo in cruce intelligimus qui nobis factus  
est panis uitæ & sacrificii perpetui uigoris qppæ in æter= nū efficax & unicus animarū cibus, Audiamus & aliud  
**ירוחם סערין לחמא בארא עא**  
Targum quod habet, hoc est, sustentatio uel refocillatio panis, aut robur refectionis  
in terra, que omnia proposito nostro accommodatissima sunt, Nam sono Apostolorum in omnem terram  
exeunte, uera refocillatio sit & robur refectionis datur,  
Sunt enim serui illi fideles & prudentes, quos Dominus  
prefecit famulitio suo, ut dent illis cibum in tempore,

Math. 24

non perituru, et quo sumpto rursum esurimus. sed cœlestem, de quo Saluator Matth. 4. Nō solo pane uictorus est homo, sed oī uerbo quod egreditur per os Dei. Et Ioh. 6. Ego sum panis uit.e, qui uenit ad me non esuriat, Hic est panis ille maximæ refectiōis, edendus nobis, quibus grandis via huius mundi restat per agranda, ubi creberrimis aerumnis & tribulationibus nostra imbecillitas fatigata, protinus deficeret, nisi ē somno identidem p angelos Dei hoc est predicatores excitati, ederemus, In fortitudine enī tibi illius ambulabimus usq; ad montem Dei sanctum ubi non mouebimur in æternū. Huc facit Targum R. Achias quod citasti. Erit substantificus panis in terra in capite Montium, Christus enim Euangelio nobis per Apostolos prædicatus, uere substantificus panis est, ut qui immensa uirtute sua nos ad quāmuis temptationis auram uacillantes, faciat subsistere, sicq; digne edentem in se conuertat, ut uis nus cum eo spiritus efficiatur iuxta illud. 1. Cor. 6. qui adglutinatur Domino, unus spiritus est. Et Gala. 3. Omnes uos unus estis in Christo Ihesu, ex hoc pane cœlesti qui edit uiuet in æternum, Iohann. 6. Iamq; Psalmographi uaticinium impletur, quando montes hoc est Apostoli Euangelium prædicant salutis nostræ, uerbum æternæ ueritatis, firmamentum inconcussum & potentiam Dei ad salutem omni credenti, Quaq; malim uertere סעד ל'חמאן erit refocillatio uel roboratio panis, non substantificus panis ut tu citasti ex interpretatione Augustini Iustiniani Genuensis, qui cum magna sit molie

lus, nemp̄ octupla dare, & Origenes tantū edidit hexa-  
plā, hic sibi nō constat, nā psal. 20. in Thargo  
seuz **בְּסֻעָּד** in roborati-  
one tua, quod radix illa fert, at uoculam substantificus nō  
fert. In calce illud Hosea. 11. cap.  
Et inclinabo ad eū escam, ex autoritate R. Mose Hadar-  
san, De cibo panis Meschiah intelligis hoc est de placenta  
frumenti Eucharistiae, sed quis in re tanta credet incredui-  
lo? Non video quid obstet quo minus recte ad Manna  
referamus uerba Hosea, per quam uidemus q̄ benigne  
ad Israelem declinarit Dominus in deserto, cum horrida  
& inulta loca nullum cibum preberent, ubi paterna so-  
licitudine esurienti populo q̄ optie prouidit, Hūc sensum  
adiuuat Thargum  
**רַוְנָתָן וְאַתָּ בְּךָ הַזֶּה בְּמִזְבְּחָה טֹבָה לְמִינְלָה**  
hoc est, Et etiam  
quando fuerunt in deserto multiplicauit eis bonum ad  
edendum, que R. Solomon sic intellexit  
**חֲטֵיתִי לְזָהָב** ubi uult datum ipsi  
robur ad sustinendum iugum castigationis. At si omnino  
ille sensus tibi uidetur humilior, age intelligamus, Decli-  
nasse Dominum ad eos deserendo regnum cœlorum, ut  
cum eis uesperetur assumpta forma hominis, uel ut deder-  
it eis usum corporis sui, ipse & cibus & coniuua. Hic  
cibum animalium audio, sacrificium nullum audio, ut ex  
ijs nimium coacte collegeris, Davidem præuidisse Messia-  
an futurum placentam frumenti in Eucharistia & sacri-  
ficium, Utinam certiora ex scripturis adferremus, nam

fidem catholicam hostibus deridendam propinamus quoniam  
ties tam incertis nitimur. Cogiti. Ecci ergo arduum coniectus  
est negocium hic agatur, quare non dubijs enarratio-  
nibus scripturæ, sed certissimo et plato Dei uerbo obfir-  
mata est conscientia in fidei articulis, ut in tentatione  
tempestate consistere queat aduersus portas inferorum,  
atque etiam iudicium tentantis Dei.

RESPONSIO AD CAPVT  
Septimum.

**C**apite Septimo per duos scripturæ locos, Missæ  
sacrificium olim esse predictum, conariis adstrue-  
re. Primus est. 1. Reg. 2. ubi uir Dei ad Eli sic loquitur,  
Ecce dies ueniunt et precidam brachium tuum et bracha-  
ium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua, Et  
fuscerabo mihi sacerdotem fidem qui iuxta cor meum et  
animam meam faciet, et edificabo ei domum fidem uel  
firmam, et ambu'abit coram Christo meo cunctis diebus.  
Futurum est autem ut quicunq; remanserit de domo tua,  
ueniet et ipsum adorabit pro nummo argenteo et massa  
panis, et dicit obsecro adiunge me ad unam partem Sa-  
cerdotalem, ut comedam frustum panis. Haec uerba tu ad  
sacerdotum noui Testimenti deflectis, atque inter cetera  
ultimam textus partem ad Iudeos refers, qui depositari  
sunt malitiam suam, et adoraturi Christum in sacrificio  
panis Eucharistie, contenti si admittantur ad unam parte-

sacerdotalem, id est ad Laicos & ad unam speciem tantum  
Eucharistie, nempe ad buccellā panis, sic tu exponis uer= 1  
ba uiri Dei, cuiusmodi expositionem si nos Ecclesie Dei  
tanq̄ oraculum spiritus sancti obtruderemus, à te profi= 1  
nus scripturæ corruptores uocaremur, Sic igitur nos ui= 1  
rum Dei intelligimus, increpatur Eli propter indulgen= 1  
tiam qua sinebat filios suos Hephni & Phinias, abuti sa= 1  
cerdotio, poenamq; Dominus minatur, & predictit do= 1  
mu: Eli, fore ut contemptrix Dei, futura sit et ipsa igno= 1  
bilis & respectu habenda, qualis autem futura sit poena 1  
exprimit his uerbis, Præcidam brachium, quod impletū 1  
legimus. 3. R. reg. 2. quando Abiathar summus sacerdos 1  
ex Eli abiicitur à Solomone ad colendum agrum, ut per= 1  
ficeretur sermo quem locutus est Dominus super domum 1  
Eli in Silo, & subrogatur Zadoch, quem ob id scriptura= 1  
emulum uocat, Eli ex Ithamar filio Aheron descendisse 1  
dicitur, ex quo erat Abiathar, Zadoch autem ex Elea= 1  
zaro filio Aheron, interim uero posteritas Eleazarī in= 1  
digne ferebat sacerdotium per Dominum translatum ad 1  
postritatem Ithamar, cum ex lege ad Eleazarum perti= 1  
neret & ad filios eius Nume, 20. Quare per sacerdotē 1  
fidelem ipsa hysteriæ ueritas cogit intelligere Zadocū, 1  
qui digne conuersatus est & prædicauit uerbum Dei co= 1  
ram Christo, id est unicō Solomone. Tum adjicuit qui reli= 1  
quis est ex domo tua ueniet, et ipsum adorabit pro num= 1  
mo argenteo & massa uel torta panis, Vbi abiectione do= 1  
mus Eli apertissime innuitur & summa humiliatio, ad 1

Ioseph. li.

antiq. 5. 6.

16.

**i. Reg. 3** implendum uerbum Domini, qui contemnunt me erunt ignobiles. Et hunc esse genuinum uerborum sensum tam confessum est apud doctissimum quenq; ut nec Iudeos, nec Christianos huius expositionis censores recusent, nec urget quod Textus habet, residuum uenire & adoratus rum, no eni de honore diu no loquitur hic scriptura, sed de prostratione corporis ad terrā, qui honor Regibus & eminentioris conditiōis hominibus impendi solet, id quod autore D. Kimhi uerbi huius significatio **השתחווה והוא עבר לפניו ושתחו ארץ**

**Malea. 1.** tus patriarcha reprobum Esau hoc honore dignatur, ut **Romā. 9.** interpres adorare pro honorare corpore prostrato accēperit, quod negari non potest, argumentum tuum nihil effacerit, cum dicis, Textum habere, qui uenerit ad adorandum, nullum autem sacerdotem licitum erat adorare, nisi Christum. Hic enim uides uenatorem & eum quem etiam anteq; nasceretur, odit Dominus, adorari à Jacob septies, ita enim uertit Interpres, adorauit pronus in terram septies, Communis igitur erat, & est hodie honor gestus illius externi, Deo & hominibus in eminentia constitutis, quare & qui ex domo Eli superfites erant, citra Eidololatriam poterant Zadocum adorare, hoc est, ut heb. ueritas habet, prostratione corporis ad terram honorare, quae cum in contemptum et humiliationē domus Eli predicanter, ad Christum in pane adorandum referri non possunt, Proinde ut **demus mutationem sacerdotij**

in Samuele uel Zadoco, in figura factam, que completa  
da fuerit in sacerdotio no. Testamenti, non tamen sequitur  
quod intendis, nempe sacrificium Christianorum esse tor-  
tam panis, ad quam admitti cupiant reliquie Israelis iux-  
ta carnem. Nisi euidentiora scripturæ testimonia adulteris  
de Missali sacrificio, actum fuerit, cum nemo conscientia  
suam super eiusmodi coactarum expositionū harena æ-  
dificari tuto, & sane iniuisa uox est Christianis auribus,  
Tortam panis esse sacrificium Christianorum, Quid hic  
Iudei nostrates cogitabunt, & qui presentiam corporis  
Christi in pane Eucharistiae negant? Nonne Thalmudica Ritus Iu-  
traditio in mentem ueniet utrisq; de אַפִּירְכָּמָן sicut Iudeorum  
dei uocant בְּצֹאת hoc est azyma, que ipsi ad festum uetusissi-  
paschale preparabant, & ante esum agni comedebant, mus.  
Partemq; seruabant, ut ex ea & post coenam uescerentur  
ubi paterfamilias domus אַפִּירְכָּמָן singulis accumber-  
tibus dispertriebatur, quemadmodum Christus panem di-  
scipulis, idq; non in paschate tantum, sed & per anni cir-  
culum inter coenandum facere Iudei consueuerant ritu  
antiquissimo, ut qui ante Christi natuitatem fuerit celebra-  
tus, ut hinc & Christum nonnulli putent ritu Iudaico, co-  
sueta, huiusmodi apud Iudeos panis fractione & distri-  
butione, sui mortisq; saluificæ memoriam perpetuam in-  
stituere uoluisse. His tu, cum Eucharistiam uocas Tortam  
panis, uehementer places, nobis non item ut qui non cre-  
damus in coena Domini nos signum uacuum accipere,  
nempe panem tantum et uinum, Sed iuxta uerbum Christi

cibi & coniuicte, Verum eius corpus edere uerumq; san-  
guinem bibere nos, tam non dubitamus q; firmiter persuas.  
Si sumus eum qui in coena locutus est discipulis, esse Deū  
uerum & hominem, cum enim sensus ille uerborum Do-  
mini de presentia corporis et sanguinis eius in coena scri-  
pturis & analogiae fidei non repugnet, sed tantum ratio-  
ni humanae captiuam duci omnem cogitationem nostram  
ad credendum glorioso Dei uerbo, haud illibenter pati-  
mus.

Nunc quomodo ex Iesaiæ cap. ultimo, sacrificiū Missæ  
probes, audiemus, posito prius ob oculos loco Prophetæ  
cuius hæc uerba sunt. Et ponam in eis signum &  
mittam ex eis exules ad Gentes Tharsis, pulli & Lud ex-  
tendentes arcum Tubal & Iauan insulas longinquas que  
non audiuerunt auditum meum, & non uiderunt glori-  
am meam, & annunciatibunt gloriam meam in gentibus,  
& adducent omnes fratres uestrros ex omnibus gentibus  
oblationem Domino in equis, & in quadriga, et in lechi-  
cis, & in Mulis, & in carris ad montem sanctitatis mee  
Ierusalem dixit Dominus, sicut quum adferunt filij Israel  
oblationem ipsam in uase mundo in domum Domini, Et  
etiam ex ijs assuumam in sacerdotes, in Leuitis dixit Do-  
minus, quia sicut cœlum nouum & terra noua que ego  
facio, stant ante me dicit Dominus, sic stabit semen uestrū  
& nomen uestrum, Et erit à perpetuo nouilunio in noui-  
lunium suum, & à perpetuo sabbatho in sabbatum suū,  
hunc et omnis caro ad adorandum coram me dicit Dñs.

Ratiocinatio tua ex hoc loco haec est. Apostoli ad gentes mittentur & sacrificabunt oblationem Domino, sicut Iudei obtulerunt in domo Domini, eruntque sacerdotes non iam ex Leui tantum ut in lege, sed ex omnibus gentibus qui Domino sacrificabunt oblationem. Confirmatio, **מִבְנָה** (quod Latinus interpres primo uertit ex græco Αἴρεσθαι donum. Dein cum eadem dictio sit in hebreo, & græce legatur Θυσίας quod oblationem uel sacrificium significat, Latinus tamen interpres uertit manus oblationem plerumque significat, ut Leuit. 6. & Mattheachi. 1. Ergo in nouo Testamento est uerum & reale aliquid sacrificium, alioqui prophetia Iesaiæ non impletetur, cumque hunc locum pro robore superioris adduxeris per hanc oblationem ex gentibus intelligendam putas Missam. Respondeo, nihil omnino roboris ex hac prophetia tuo instituto accedit, quod ut palam fiat, sensum prophetæ repetemus paulo altius. Cœperat igitur prophetæ uaticinari de regno Christi, quod latius erat futurum quod ut intra Iudeæ pomeria constringeretur, nempe per uniuersum orbem, ut gentes iuxta psal. 2. hæreditas Christi efficerentur, quod cum Apostolorum ministerio fiat, Iesaiæ de officio Apostolorum loquitur, quale sit & quomodo apostolica predicatione Ecclesia gentium sit uocanda à mundi partibus, Apostolicū itaque munus erat ut missi in uniuersum mundum prædicarent Euangelium omni creaturæ, filios Dei dispersos congregando in unitatem fidei, mittendi ergo erant iuxta prophetiam in Cyliciam,

Mar. ult.  
Iohan. 11

**Acto. 13**

Aphricam, Mauritaniam, Lydiam, Italiam, & Greciam  
Iudæisq; sermonem Dei repellentibus, & indignos se uita  
æterna iudicantibus, conuertendi erant ad gentes in qua-  
rum lucem positus erat Christus Iesu. 49. h.c sunt, que  
auditum Dei non audierant, Et ut Apostolus ait Eph. 2.  
erant sine Christo, alienati à uita Dei, & inimici mente  
in operibus malis, mentem habentes obtenebratam caligra-  
ne impietatis, cum autem prædictum esset, gentes etiam  
glorificaturas esse Deum & gauisuras cum populo eius,  
id est Israelitis, deniq; questuras radicem Isai, que stat  
in signum populorum, necessarium erat ut audirent A.  
postolos gloriam dei annuntiantes, quomodo enim gloria-  
ficarent quem ignorant? quomodo inuocarent aut que-  
rerent in quem non credebant? quomodo credidissent ei  
de quo nihil audierant? quomodo autem audissent absq;  
predicante? predicare autem quomodo poterant si misse  
non fuissent? Ideo propheta dicit, mittam ex eis ad gen-  
tes? quam obrem? ut adducant fratres, quos? non Iudea-  
litæ tantum iuxta carnem, sed omnes fratres uestrros ex  
omnibus gentibus dicit, citra personarum respectum, ut

**Rom. 10**

Rom. 3. An Iudæorum Deus tantum? an non & genti-  
um? certe & gentium, quandoquidem unus Deus qui  
iustificabit circumcisioinem ex fide & preputium per fi-  
dem. Et Gal. 3. Non est Iudæus neq; græcus, non est ser-  
uos unus estis in Christo Iesu, quod si uos estis Christi, igit  
tur Abraham semen estis, & iuxta promissionem heredes,

**Deut. 32**

**Psa. 116**

**Iesa. 11.**

Et Iohann. 10. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc  
ouili, illas quoq; oportet me adducere, & uocem meam  
audient, & fiet unum ouile & unus pastor, illas igitur  
oves ex gentibus, Apostoli predicatione fidei adducunt  
& apparant in sacrificia uiua & sancta Domio, sic Pau-  
lus & Barnabas Act. 14. retulerunt Ecclesiae Antiochae  
ene q; aperisset Deus ostium fidei gentibus, Et act. 15.  
nisi Petrus, Viri fratres uos scitis, q; ab antiquis diebus  
Deus inter nos elegit, ut per os meum audirent gentes  
verbum Euangelij, crederentq; & qui nouit corda Deus  
testimonium praebuit illis, dans illis spiritum sanctum si-  
c ut & nobis, nihilq; discrevit inter nos & illos cum fide  
purificauerit corda illorum, sed per gratiam domini Ihesu  
Christi credimus, nos saluos futuros, quemadmodum  
& illi. Et act. 10. uidemus quomodo Petrus fratres ad-  
duxerit, neminem repellens, nam cum domui Cornelii  
næ euangelizaret, ait. Re ipsa comperio q; non sit perso-  
narum respectus apud Deum, sed in quauis gente qui ti-  
met ipsum & operatur iustitiam, is accep: us est illi. Non-  
ne hoc est in lexicis, id est suauiter adducere fratres quoq;  
libet mira sedulitate ad gratiam Euangeli & in Ecclesia  
Christi. Quomodo autem Deus ex gentibus in sacerdotes  
& Leuitas assumat, eodem auctorum loco conspicitur ubi  
Lucas scribit, adhuc loquente Petro, sp. r. tum sanctum  
recedisse super omnes qui audiebant sermonem. En oleum  
spiritus quo & gentes unguntur & consecrantur sacer-  
dotio sancto, & in lucrum accedunt ut uires predicent

illius qui è tenebris ipsos uocauit in admirabilem lucem  
1. Pet. 2. suam. Et iuxta Hieronymi mētem ,usq; hodie offerunt in  
domo Dei quæ est Ecclesia, filij Israël qui mente conspici-  
unt Deum, hostias spirituales cum fructibus atq; uirtutis  
bus anime sue in uasis mundis, hoc est in sanctis corpo-  
ribus. Et ecce alium annuntiatorem gloriae Dei in genti-  
bus Apostolum Paulum, gentium doctorem, qui egregia  
dona ex gentibus adduxit Domino, omnibus enim omnia  
factus est, ut omnino aliquos seruaret, Nec incassum lat-  
1. Cor. 9. borauit, sic enim euangelizauit ut gratia Dei in ipso non  
fuerit inanis. siquidem eo predicante diuitias glorie My-  
sterij Christi inter gentes, acceptabilis gentium oblatio fa-  
cta est, id quod epistolæ eius abunde testantur, quas siles  
gimus una cum actis Apostolicis, palam fit uerbum pro-  
phetæ **הָבִיאוּ** egregie completū, ut sicut olim Le-  
uite in domum Domini manufactam intulerunt mūnus  
figurale in uase mundo. Ita in nō. Testamento Apostoli  
non minori sedulitate per uerbum Domini, gentes et po-  
pulos aggregarunt & adduxerunt ad montem sanctitatis  
Zion, id est Ecclesiam, donum Domino gratum, aut  
oblationem ut Thargum refert **סֻרְבָּנָא**. Et habes  
Roma. 15. que cum Petri uerbis. 1. Pet. 2. de sacerdos-  
tio spirituali adamussim quadrant. At Missani non pro-  
bant esse sacrificium, probant autem in nō. Testamento  
esse sacrificium uerum & reale. Verum, non amplius fi-  
gurale aut umbraticum, nempe pecudes irrationales, sed  
nosmetipos rationalem cultum, in ueritate nō hypocrisi  
adductos

adductos Domino. Reale autem, non enim imaginantur  
tantum aut frigidis cogitationibus absq; affectu, crucem  
Christi tractant sancti & fideles, aut lignicam crucis ima-  
ginem collo appendunt, sed re ipsa transformatur per  
renouationem mentis, ut probent quæ sit uoluntas Dei,  
quod bonum est, acceptum & perfectum. Hic non inten-  
tione tantum (ut stilo scholastico utar) sed reale sacrifici-  
cium apparatur, ut cum Apostolus Gal. 6. gloriatur in  
truce Christi, dicitq; per Christum sibi mundum cruci-  
fixum & se mundo, seq; stigmata Domini Iesu portare  
in corpore suo. Reale itaq; sacrificium in novo Testa-  
mento tecum adserimus sed querimus an locupletandi pos-  
tius q̄ roborandi gratia hunc propheta locum adduxer-  
eis, cum uideamus quidem uoculam **מִנְחָה** **תְּמִימָה** quæ sacri-  
ficij speciem significat, sed simul intelligimus, ex ea nihil  
hoc loco inferri posse quod dogma tuum fulciat, qñqui-  
dem appositorie iugatur accusatio frates uestrorum, ut sit  
sensus tempore legis Leuitæ et sacerdotes præscripta do-  
na adferabant, tempore item Euangelij erunt sacerdotes  
& Leuitæ qui offerent dona sed prestantiora, nempe fra-  
tres uestrorum, Si dixisset propheta adducet fratres uestrorum,  
& donum, vel tantum adducent donum Domino, tum  
haberes ansam colligendi sacrificium quoddam No. testa-  
menti extra hominem per sacerdotes offerendum Dño.  
At cum nominatim ponat donum illud, nempe fratres,  
non licet aliam oblationem hoc loco intelligere, q̄ gen-  
tes per Euangelium adductas Domino, ut Rom. 15.

Rom. 12.

RESPONSIO AD CAPVT OCTAVVM.

**C**apite. 8 . de nomine ΛΑΒ deq; Chr. isto uero ag<sup>s</sup> no paschali copiose d<sup>r</sup>fferis, que omnia ne mihi an<sup>r</sup> xie repetenda sint, in hanc summam contraxi. Omnia Iudeis in figura contingebant, 1. Cor. 10. Et lex umbram tantum futurorum bonorum habebat, que igitur in lege pr<sup>r</sup>efigurabantur olim, in Euang<sup>e</sup>lio complenda sunt. In lege autem ΛΑΒ agnus offerebatur & cedebatur, cūq; agnus ille typicus, Christi figura fuerit, in Christo complendū est, quod in agno pr<sup>r</sup>efigurabatur, ut Veritas figuræ respondeat. Ergo Christus offerendus & cedendus est.

Hucusq; Ecc<sup>i</sup>, consentimus, ut quod ad nos attinet, tam alta repetitione nihil fuerit opus, sed quando in applicatione lucis ad umbram, dicis Oblationem agni. Typici in Christo impleri, quoties in Missa offertur, penitus nō recipimus. Per Apostolum edocti, hanc omnium expe<sup>r</sup>statissimam oblationem semel in cruce factam, nec amplius reiterandam. Veteres enim uictimæ ob imperfectionē reiterabantur. Hæc nostra quia semel tollit peccata mundi, nulla reiteratione opus habet, applicandorum Christi meritorum alia ratio est, partus est thesaurus, non nostris sed Christi operibus. Distribuitur autem quando uerbum Dei et sacramenta in Ecclesiastia tractantur, ex auditu enim fides uenit, per fidem iustificatur impius, filius Dei fit & hæres regni, Sepe quidem editur agnus noster. Mysticis

Hebre. 7.

10

Rom. 10.

Gila. 3.

ut quoties p̄ij coenam Domini peragentes, fidelis memo-  
ria preciosissimam saluificam Christi mortem tractant, aut  
pauperes euangelizantur, & anima uerbo Dei pascitur, Iohann. 6.  
nihil dubitans Christum dedisse semetipsum pro peccatis  
nostris, ut eriperet nos ex presenti seculo malo iuxta uo= Gala. 1.  
luntatem Dei & patris nostri, cui gloria in secula seculo=  
rum Amen. Quemadmodū enim corpus in uita animali  
cibo corporali sustentatur, & uiuit, Ita homo in uita spiritu=  
rituali hoc cœlesti cibo uegetatur in uitam immortalem,  
firmiter credendo q̄ Christus corpus suum pro nobis tra= diderit & sanguinem fuderit in remissionem peccatorum  
nostrorum iuxta illud. Ego sum panis uitæ, qui uenit ad  
me non esuriet, & qui credit in me non sitiet unq̄, Amen  
amen dico uobis, qui confidit mihi habet uitam æternam,  
sic pascitur anima nostra & merita Christi applicantur,  
Vt autem denuo iuxta scholarum traditionem offeratur  
Christus, & hoc sacrificio toties iterato applicentur Chri= sti merita, Ecclesiæ quottidie offerten, scriptura nullo pa=  
cto admittit. Memini ante annos aliquot te in scholis do=  
cuisse Sacerdotis officium esse, merita Missæ applicare,  
citabas ad hoc Guiliel. Parisiensem de Sacra. Tū adsere= bas sacerdotem ratione sacrificij esse quidem organum, et  
respectu operis operati ipsum hic esse uelut organum in= animatum, at si ad applicationem spectemus, eum non  
tantum esse organum sed & dispensatorem, Et passionem  
semel quidem completam, sacramentorum tamen percep=  
tione & bonorum operum exercitio, atq; in primis per

sacrificium Missale nos oblationis in cruce factæ, & tan-  
torum honorū demum fieri participes, Quid hic dicam?  
intelligo quidem quid sentias, at ut consentiam omnibus  
2. Tim. 1. scriptura uetat. Paulus nos dispensatores uocat mysterioz  
1. Cor. 4. rum Dei, q. predicemus gratiam Dei per Christum ante  
tempora æterna nobis datam, patefactum autem extremis  
diebus per apparitionem saluatoris nostri Iesu Christi. Et  
2. Cor. 3. nos ministros uocat no. Testamenti, non litteræ  
sed spiritus, adferimus enim sermonem, non hominum,  
sed Dei qui agit in credentibus. 1. Thessa. 2. Nec uerbi  
terroris & iræ legem tantum, sed uerbum consolationis  
& gratiæ Euangeliū, per quod datur spiritus sanctus  
uerus applicator meritorū Christi. Nobis itaq; officio no-  
stro fungentibus, uerbi Dei & Sacraenta administran-  
tibus, plantantibus & rigantibus quæ media Deus or-  
dinavit, tum ipse incrementi dator ex predicatione fidei,  
ait Paulus, spiritum subministrat, fidei operatorem, fidei  
iustificamur & participes efficimur meritorum Christi,  
ut reiterare sacrificium semel in cruce perfectum, ad di-  
stributionem & applicationem thesauri per Christū para-  
ti, nihil oporteat. Quare tecum sentimus, quæ in agno  
olim prefigurata sunt, in Christo completa esse, De mo-  
do autem complendi dissentimus, Tua assertio habet non  
hedum, quippe foedum animal esse oblatum, sed agnum,  
idq; ex uerbo hebreo ΤΠΩ colligis. Et nos fatemur cū  
Apostolo agnum immaculatum pascha nostrum pro no-  
bis immolatum esse Christum. Assertio tua rursum habet,

Agnus Typicum non solum immolatum sed et esum, Et  
nos confuemur ab Ecclesia edi carnem Christi et bibi san-  
guinem eius, Et cum Iohanne, Christum esse panem qui Iohan. 6.  
de celo descendit, ut ex ipso edat aliquis & non moriatur  
Ita enim loquitur. Ego sum panis uiuus qui de celo de-  
scendit, si quis ederit ex hoc pane uiuet in æternum, Et  
panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro  
mundi uita, Et credimus pro mundi uita datam esse in 1. Co. 11  
truce, coenang; dominicam, iuxta Christi institutionem Matt. 26.  
peragentes, accipiendo panem et edendo corpus Domini  
pro nobis traditum, et accipiendo calicem bibendoq; san-  
guinem Christi pro nobis fusum in remissionem peccato-  
rum nostrorum, ineffabilem hanc Christi pro nobis mor-  
tui charitatem erga nos grata memoria predicanus, gra-  
tiasq; agimus patri Domini nostri Ihesu Christi, q; bene-  
dixit nos omni benedictione spirituali in cœlestibus per  
Christum, sic enim iussit ipse, hoc facite in mei memoriam  
Et Apostolus, Quotiescumq; comederitis panem hunc,  
& de poculo hoc biberitis, mortem Domini annuntiate  
donec uenerit, Hic nulla auditur Missa, nullum præscri-  
bitur sacrificium externū more uestro, in Ecclesia quot-  
tidie reiterandum, sed memoria mortis Christi sacrificij  
unici ad alendam fidem, charitatemq; accendandam, &  
roborandam spem instituit, quæ communiter ab omni-  
bus est habenda Christifidelibus, qui cum credant uerbo  
Domini, nempe Christum, sic dilexisse nos priorē, ut cor-  
pus suum sanctissimum tradiderit pro nobis oblationem

¶ uictimam Deo patri in odorem bone fragrantie et  
preciosiss. sanguinem ad emundandos nos ab omni peccas-  
to effuderit, nonne lautissime reficiuntur edentes carnem  
filij hominis, et bibentes sanguinem eius, eoque uitam eter-  
nam consequentes? At fidei meae de hac figura et figura  
ratio rationem breuissime sic reddo.

FIGVRA.      NOD.      VERITAS.      Christus.  
Israel iuxta carnem.      Israel iuxta spiritum.

- |   |   |
|---|---|
| 1 Captus in Aegypto seruit, duris operibus luti ac lateris premitur, Exo. 1.  | 1 Captus in regno mortis sub potestate tenebrarum, seruit seruitute peccati turpiissi. fatigatur operibus tenebrarum. 2. Pet. 2. Coloss. 1. Luc. 11. Rom. 13. |
| 2 Sub Pharaone, Stipendum, cogitabat Iudeos op primere, Exo. 1.               | 2 Sub diabolo, Stipendum mors. Luc. 11. Ioh. 13. 14 Ephe. 2. 6. Roma. 6.  |
| 3 Dominus audit claram laborantium misertus descendit ut liberaret. Exodi. 3. | 3 Dominus miseretur hominis, descendit, Verbum caro factum est ut habitaret in nobis, liberaret captivos. 1. Iohann. 4. Rom. 5. Io. 1. 3. Luc. 11.            |
| 4 Praeordinatur liberator Mose, populo nihil tale                             | 4 Praeordinatur Christus in mundum conditum, refe-  |

cogitante, nedium nihil me= deimptor cum essemus ini= rante, imo Deum exaspera= mici, & reconciliator adest.  
Exo. 3.

5 Agnus integer sine ma= Christus agnus inconti= cula ad festum eligitur. Ex= minatus præparatur, qui odi. 12.

6 Agnus Typicus immo= Christus in cruce immo= latur, editur. Exo. 12 latur, & editur. Matth. 27  
Ioan. 5. Ies. 53. Matt. 26  
Luc. 23. Hebre. 7.

7 Sanguis postibus illini= Sang. Christi sanguis p= tur, quo usq[ue] percussor an= piciationis aspergitur fide= gelus transfilit, Israel liber= in cordibus nostris, liberans  
& ille sus evadit. Exo. 12 ab eo qui mortem æternam intentat. 1. Pe. 1. Matt. 26

8 Festum indicitur solen= Festum celebrare iubet  
tie, observatione loci et tem= Apostolus, quia pascha no= poris. Exo. 13 strum immolatus est Christus,  
peragitur in spiritu et ueritate, qui est cultus Dei  
in no. Testamento. 1. Cor. 5,  
Iohan. 4.

9 Cerimonia prescribiatur, memoriale transitus facti in Aegypto. Exo. 12.

10 Jesus agni fit in azymis, fermentum e domibus ejicitur. Exo. 12.

11 Alienigena et incircumcisus ab egi excluditur, Israelitae tantum admittuntur, quibus idem Deus, eadem fides. Exo. 12.

12 Non unus tantum in occulto manducabat, sed tota domus simul iubetur edere, ut sit communio et ue-

9 Cerimonia prescribitur, Coena dominica. 1. Co.

11. Memoriale immolati pro nobis Christi, Mat. 26. Luc. 22. Et redemptionis factae.

10 Jesus agni nostri fieri debet absq; fermento ueteri malitiæ et uersutæ, deniq; fermentum massam corrupes, publicanus e domo dei Ecclesia ejicitur 1. Co. 5. 6 p excommunicatione.

11 Tantum filij promissionis, ueri Israelitæ credit et q; salubriter edunt agnū, quorum corda circumcidit Deus, ut fiant conciues sanctorum et domestici Dei ex alienigenis, ad festum hoc i donei et communicatione, Rom. 9. Act. 13. Iohann. 3. Deut. 30. Ephe. 2.

12 Coena Domini fit in congregazione fidelium, ut uno ore glorifcent Deum patrem, et gratulentur de

lur publica quedam congra-  
tulatio & gratiarum actio,  
Exo. 12.

13 Comedentis fermentū  
anima perit, de coetu Israel  
quia nō edit iuxta uerbum  
Domini. Exo. 12.

14 Festum diem Hebrei  
iubentur habere in monu-  
mentum perpetuo cultu,  
Exodi. 12.

15 Festum & religionem  
יהָנָן iubentur predica-  
re filii ut liberantis Dei po-  
tentiam et bonitatem agno-  
scerent, tali ac tanto patre fi-  
derent, gratiasq; perpetuas  
agerent. Exo. 12. 13.

redemptiōe per Christum fa-  
cta, hic uocatur οὐναξισ et  
ευχαριστία apud ueteres  
1. Cor. 11.

13 Fermento incredulitas  
tis coacescens, et edens, reus  
fit corporis et sanguinis do-  
mini, iudicium sibi mandu-  
cat & babit, quia non pro-  
bat se anteq; edat, non diju-  
dicat corpus Dñi. 1. Cor.  
11. ideoq; perit.

14 Christus dicit, hoc faci-  
te in mei commemorationē  
Similiter Paulus 1. Co. 11  
mortem Dñi annuntiate do-  
nec uenerit. Luc. 22.

15 Apostolus similiter iu-  
bet ut annunciemus mortē  
Domini donec ueniat, in  
qua & nos potentiam &  
misericordias benignissimi  
liberatoris commemorantes  
ad fidem & gratiarū acti-  
onem extimulamur. 1. Co-  
rinth, 11.

16 Ex beneficio transi-  
tus & liberationis ostendit  
amor Dei singularis  
erga populum, Hinc Da-  
uid aliquot psalmi & car-  
men Israels de uictoria cō-  
tra Pharaonem. Exo. 15.

17 Educitur tandem po-  
pulus in brachio Domini  
extento, signis et prodigijs  
ex domo seruitutis, cū prae-  
sidio angelico. Exo. 14.  
23.13

18 Introducitur populus  
in terram promissam, bo-  
nam melle lacteq; fluentē,  
sit populus Dei peculiaris.

16 Ex maximo redemp-  
tionis nostrae per Christum  
beneficio apparet bonitas,  
et φιλανθρωπία serua-  
toris nostri Dei, secundum  
misericordiam, non propter  
merita nostra nos saluos fa-  
cientis, Hinc cantus et laus  
des Christianorū, de electo  
principe mundi, abolita mor-  
te, et immortalitate restitu-  
ta. Tit. 3. Colos. 3.

2. Timo. 1.

17 Eripitur à potestate  
tenebrarū & educitur ex  
domo seruitutis diabolice  
populus, ingentibus et stu-  
pendis miraculis, datur sig-  
num ueri Iona in morte et  
resurrectiōe Christi, Matt.

12 Roma. 1. Ephe. 1.  
Coloſ. 1. Angeli electos  
custodiunt. Heb. 1.

18 Introducitur populus  
Christifidelis et transfertur  
in regnū filij Dei, in terrā  
nouam in qua habitat iustis.

*Exo. 3. Deut. 4.*

*19 Populus phibetur glo-  
riari quasi ex propria iu-  
stitia hanc terram ingredi  
et possidere meruerit, ostenditur uerbum promissionis  
patribus factae, causa tanti  
beneficij. Deut. 9.*

*20 Deus in medio popu-  
li habitat, ut pupillam oculi  
custodit, tuetur ab hosti-  
bus, pacem dat et securita-  
tem, ut habitet Israel confi-  
denter. Leuit. 26.  
Deut. 32.*

*tia et pax, sit peculiaris po-  
pulus et sectator bonorum  
operum. 2. Pet. 3. Colos.*

*1. Tit. 2.*

*19 Prohibentur Christi-  
ani gloriari de operibus,  
iubentur etiam si omnia fa-  
cissent mandata, se agnos-  
scere seruos inutiles, et glo-  
riari tantum in Domino,  
per quem ex gratia seruan-  
tur per fidem, idq; no ex  
se, donum enim Dei est non  
ex operibus ne quis glori-  
etur, uita eterna donum  
est. Ephe. 2. 2. Cor. 10.*

*Roma. 6. Luc. 17.*

*20 Christus nobiscū hic  
usq; ad consummationē se-  
culi, dux et defensor popu-  
li sui, nolite metuere inquit  
eos qui occidunt corpus, no-  
li timere grex pusille, De-  
in Deus erit omnia in om-  
nibus, hostis ultimus mors  
abolitur, hostes erunt  
scabellum pedum Domini*

Deut. 32.

pax dabitur et securitas æ  
terna , quia semper cum eo  
erimus. Matth. 28. 1. Cor.  
15. 1 Thessa. 4. Math. 10  
Luc. 12. 1. Cor. 3. Iere. 23  
Iohan. 16.

Hec mea est de impletione figuræ agni Typici fides,  
quam si illa ex parte mutilam & mancam potes conuincere,  
conuince et esto doctor imperitorum ac lumen in te  
nebris uersantium, non enim eò prolapsus sum dementia  
& obstinationis, ut doceri que uera sunt, nolim, at scripturis  
doceri cupio non commentis hominum, hæc que ui-  
des docui, nec possum unq̄ secus docere, nisi agere uelim  
contra conscientiā, hoc est peccare, quæ si erronea est, in-  
sipientis eruditorem te præsta, id quod urgentissimis pre-  
cibus August. coram efflagitabam, et si asperius q̄ ferat  
non dico Christiana, sed uel preceptoria pietas, abste  
tractarer.

RESPONSIO AD CAPVT  
Nonum.

C Apite. 9. hanc summam præscripsisti, cū se ob-  
tulerit Christus, & hoc idem fieri iussit in sui  
commemorationem, Consequitur in Missa esse sacrifici-

um, ad hoc citas Lucam cap. 22. Matth. Mar. & Paulie  
1. Cor. 11, Idq; propter hæc uerba Christi, Hoc facite in  
mei commemorationem, que in hoc capite tanq; basim fixa  
missimam fixisti adsercionis tue, Mox arma profers mea  
instituto accommodatissima, ut quæ de oblato semel Chri-  
sto Epistola ad hebreos commemorat, Tum in Missa sa-  
crificium esse quasi aceruo quodam Chrysipp eo ad hunc  
modum colligis. Institutio Eucharistiae pertinet ad testa-  
mentum Christi, Testamentum inuoluit mortem testa-  
toris, Mors Testatoris est sacrificium, Quare Testa-  
mentum etiam hanc oblationem inuoluit. Iam cum Chri-  
stus præcepit, hoc facite in mei commemorationem, Er-  
go etiam uoluit sacrificij & oblationis huius iugem me-  
moriam & reiterationem fieri in Ecclesia, Ergo sacrifici-  
cum est quotidianum in Ecclesia nempe Eucharistia,  
Post hosce gradus ratiocinationis tue hereticos percellis,  
quasi Missam doceant memoriam & recordationem tan-  
tum esse Cœnæ Christi, cum illi toties à te contempti uel  
anteq; Theognis nasceretur nouerint, passionis dominici  
& memoriam in coena celebrandam.

At necessarium est ut Soriten Eccij excutiamus, nā  
quibus tu gradibus acerualis ratiocinationis ad astruendū  
Missæ sacrificium eniteris, iisdem nos ad oppositum in-  
offense progradimur. Sic itaq; procedis. Primus acerui  
gradus, Institutio Eucharistiae ad testamentum Christi p-  
ertinet, hoc tibi damus, nam in Eucharistia remissionis pec-  
atorum nobis per oblationem corporis Christi & effus.

Mar. ult.  
Iohan. 11

sionem sanguinis parte recordamur, et inquit; cōsequimur  
quando Dominus pro ratione noui Testamenti Iere. 31.  
In uisceribus nostris inscribit legem suam, cognitione sui  
nos donans, ut ipse porro sit Deus noster, nos eius popu-  
lus. Secundus gradus, Testamentum inuoluit mortem te-  
statoris, Recte, sic enim Apostolus Heb. 9. nos docet.  
Tertius gradus, Mors Testatoris fuit sacrificium, Hoc et  
nos confitemur, rogantes Dominum ut impertito nobis  
spiritu suo efficiat, ne unq̄ pro inenarrabili hoc beneficio,  
gratias agere cessemus. Quartus gradus, Itaq; Testamen-  
tum & hanc oblationem inuoluit, quis dubitat Eccl. 7. Te-  
stamentum enim non esset, si hanc oblationem et mortem  
non complecteretur. Quintus gradus acerui, ubi te putas  
in sublimi uertice stare uictorem, nec uspiam fore finitorē  
acerui, Ideo (inquis) cum discipulis preceperit, Hoc fa-  
cite in mei commemorationem, uoluit in Ecclesia fieri me-  
moriā sacrificij iugem & reiterationem, Hic saltus ultis  
mus & in quo spes uictoriae sita erat, altero pede claudie-  
cat. Ex omnibus enim & singulis argumentationis tuę  
partibus hoc tantū sequitur, Christum uelle ut iugem tun-  
ti sacrificij, quo semel abolita sunt peccata, memoriam  
in coena Domini celebremus donec ueniāt, Et hoc nos  
tecum docemus. Quod autem dicas, Christum uoluisse  
reiterationem fieri eius oblationis iugem in Ecclesia, ex  
tuo addis. Iteratio enim huius sacrificij semel in cruce fa-  
cti, ex his gradibus nequaq̄ euincitur, nisi Christus se in  
coena uere pro peccatis nostris obtulisset, tūc referri po-

terat pronomen Hoc ad totum Christi factum , id est Es-  
sum & oblationem sui . Cum autem se in coena non obtu-  
lerit pro peccatis, sed subsecutur & in cruce oblationis me-  
minerit, eiusq; fructus recensuerit, deniq; memoriam eius  
perpetuam in Ecclesia instituerit, Viciose infers reiterati-  
onem sacrificij ut quod hic in coena nullum fiebat , Inspi-  
cientibus enī caussam institutæ Eucharistie, uerba Euau-  
gelistarum de coena Domini , circumstantias , omnemq;  
negocij huius rationem, nullum usq; appetet p̄ceptum  
de sacrificio iterando, sed de iugi memoria huius sacrificij  
habenda, Accipite ( inquit Christus ) Edite , Hoc meum est  
corpus, Item Bibite ex hoc omnes, & addit , Hoc facite.  
Quid hoc ? nempe quod me facere uidistis, sed sacrificare  
eum suum corpus in coena non uiderunt, neq; sanguinem  
effundere, Quare ex hoc p̄scripto Hoc facite in mei  
commemo : nihil aliud euiceris, q̄ Coenam dominicam esse  
& nobis per agendum, in eaq; nos mortis Christi memores  
esse debere, nisi dixisset facite hoc in sacrificiū, aut offerte  
sicut ego obtuli, ut nihil efficiat Paraphrasis tua, Hoc no-  
rum sacrificium facite uos noui Sacerdotes, Quis non ui-  
det q̄ uiolenta sit h̄ec paraphrasis & Christi instituto dis-  
sona ? Vbi enim dixit, uos noui sacerdotes facite nouum  
sacrificium ? Est h̄ec glossa Gabrielis nostri sed non mens  
Christi , qui tantum dixit , Hoc facite in mei commemo-  
rationem, quid autem facerint, Euangelistæ satis testan-  
tur, Ederunt biberunt, non obtulerunt Christum Deo  
patri. Quid hic terguersamur Eccl , cum uerba Christi

tam clara sint et nullum omnino fucum nostrae interpretationis admittant?

Quæ autem in fine capitinis in nescio quos porcos sacramentorum contemptores scribis, nihil ad nos, qui nihil minus q̄ cauponas imaginamur, quoties coena Domini nobis peragenda uenerit, sed uerbum & factum Christi p̄ oculis habentes, neutiq; aberrasse nos à Christi instituto credimus, quando mortem Domini in coena sic annuntiamus, ut fides nostra in Deum, pacientia ad tolerandam crucem, charitasq; in proximū cum omni Christiana honestate prouehantur, nihil aliud iam offerentes q̄ corpora nostra τὸν λογικὸν λόγον & sacrificium laudis quemadmodum scriptura exigit. Iam si perpetuo urgeretis, non solum memoriam sed et sacrificium in coena haberi, nos item infatigabili responione inculcabimus uerba scripturæ clarissima, et que nulla præsente arte quæant eludi. Unica oblatione perfectos efficit in perpetuum eos qui sanctificatur, En VNICA dicit, ut uestre reiterationi uiam obstrueret, & EFFECIT, ne quid sacrificatoribus in extremis diebus superuenturis, quod ad expianda peccata attinet faciendum relinquere, additq; in perpetuum, & tamen his certissimis spirituſancti uerbis innitentes, à uobis acerbissime proscindimur. At ne in nouis hæreticis ipsam etiam Synteresin extincta putes, persuasissimum habe animos nostros inhorrescere quoties audimus, predicare quosdam & simplicem plebeculam credere, Denuo à sacerdotibus quotidie filium

Dei

Dei offerri Deo patri in Missis pro peccatis uiuorum et  
defunctorū , quis stupor hic non sentiret blasphemiam ir= Matth. 1.  
rogari sanctissimo in cruce semel peracto sacrificio ; Chri=   
stus enim scriptura teste , unicus est saluator , qui saluum Hebre . 5.  
facit populum suum à peccatis suis , idq; per mortem , So= C. 10.  
lus ipse summus noster sacerdos est , quem scriptura pro=   
ponit , qui una oblatione omnium peccata exhaustus & in  
sempiternū consummavit sanctificatos , dum semel intra=   
uit in sancta per proprium sanguinem , eterna redemp=   
tione inuenta , ut nulla nobis alia hostia pro peccatis opus  
sit , Hec una satis est , fidamus hac una & saluabimur , ita  
Apostolus Heb. 10 . cum uim no. Testamenti explicaret ,  
Si peccatorum (inquit) est remissio , non est amplius obla=   
tio pro peccato , q; si per Christum semel oblatū , peccata  
mihi in perpetuum remissa credo , ut iubent scripturæ ,  
quomodo remissionem alia quopiam sacrificio quererē ?  
Si autem remissionem alia oblatione nempe quotidiana  
& Missali quero , ubi manebit fides quæ credit , ut opor=   
tet per semel oblatam in cruce uictimam pro peccatis ,  
omnia mea peccata esse exhausta in æternum ? Absit au=   
tem ut sic gratiam Christi abiijciamus . Neq; pacat cō=   
scientiam , quod dicas , passionem Christi in se quidem fuisse  
perfectissimam & sufficientissimam , ceterum illius sacri=   
ficij salufici potissimum per Missale sacrificium nos red=   
di participes , & applicari merita passionis , nā antea dix=   
imus , nos in nullam coelestis hæreditatis partem admitti ,  
nisi filij simus , Filij autem non nisi electione diuina , uo-

Iohan. 1. catioe & fide efficimur, fides est ex auditu uerbi Dei, uer-  
Galat. 3. bu docet unica Christi morte ut satissimae sufficietissima  
Rom. 10. fidere, ergo cum Euangelium predicatur, sacramenta rite tra-  
Iere. 31. cantur, atque spiritus fuerbum Dei electorum cordibus inser-  
bit, ut iam de bona Dei erga se uoluuntate propter Christum  
satissimam non dubtent, tum uere merita Christi dis-  
pertuntur & applicantur, aut iam ante data et applicata  
agnoscuntur. Per Missam autem Papisticam ea applica-  
tari nobis, nullum testimonium habemus ex scripturis,  
humanis autem commentis credere, est super arcam edi-  
ficare. Attamen miraris qui fiat, ut non videamus que tu  
uides, hinc præconia illa, uos haeretici, Scismatici stupidi,  
idiotæ & alii non minus atrocæ, Augustæ in foro uina-  
rio grandi supercelio clamabas, nos Epistola ad Hebreos  
de sacrificio semel factæ nondum intelligere. Iudicantes  
spirituales quid intelligamus, si una tantum est pro pec-  
catis hostia uere purgans, etiam si speciatim nihil de rati  
Ecclesiæ et sacrificiis dixisset Apostolus, satis tamen hinc  
probaretur nostrum institutum, nam quæ hic Paulus do-  
cet contra omnem doctrinam pugnant, per quam a iace-  
rigitur oblatio pro peccatis, quæ mors Christi. Tu putas hic  
Apostolum penitus nihil scriptisse de sacrificiori, tuq; Ecclesias  
Christi, sed tantum Iudeos ex Iudaismo ad Christum  
fidem conuersos docuisse, Testamentum uetus esse muta-  
tum in lege sacrificio & sacerdotio, per ueritatem in Christo.  
Recte, sed hæc etiam Christianis scribuntur. Nonne  
cap. ultimo meminit sacrificij & altaris Ecclesiæ, & in

hoc sudat ut ad Christū à Iudaismo Iudeos abducat, quos  
non vult Synagogae sed Ecclesiæ ritu uiuere, docens eos  
sacerdotij Leuitici legisq; ueteris translationem et sacrificia-  
ciorum in Christo impletionem Sacerdote uero & u-  
nico pro peccatis Ecclesiæ sacrificio in cruce. Nūc que-  
ro an hæc ad Iudeos tantum, ac non etiam ad gentes per-  
tineant. Si gentes & Iudei pariter illa unica Christi obla-  
tione sanctificati sunt, & utrisq; unica iustitia placatus  
Deus, certe neq; Iudeis neq; gentibus licebit aliud sacrificia-  
rium statuere in remissionem peccatorum, nisi uelint se  
fraudare primarij & unici sacrificij satisfactorij fructu.  
Sic igitur sentimus non tantum Iudeis sed & gentibus  
hoc loco depingi sacerdotium Christi ac uim sacrificij ei-  
us, ut sciant utriq; unde peccatorum ueniam recipientur &  
sanctificantur, nam utriq; una oblatione sanctificantur &  
saluantur. Docuit itaq; Apostolus primam oblationem in  
ueran in cruce & sufficientem, Ergo nullam aliam ad-  
mittit. At uicissim nos miramur cur non uideatis aut  
dissimuletis, q; nos stringat si nūp; hoc ineuitabile:  
Vel sacrificium Christi in cruce semel factum, satisfecit p  
peccatis mundi, vel minus, Si das primum, ut cogit scri-  
pturarum autoritas, que constanter docet, q; per hoc ita-  
num Christi sacrificium satisfactum sit pro peccatis mun-  
di semel, atq; inde scripturis testibus omnium uenit pecca-  
torum remissio, quando passionis merita distribuuntur  
uerbo & sacramentis Dei, fideq; recipiuntur, Ergo Mis-  
sæ sacrificium tentans hoc, id est parare remissione pecc-

Dilemma.

catorū quoddam p̄ uiuis et mortuis, est sacrilegum et blasphemū in mortē Christi, eōq; modis omnibus auersandū, donec Eccius ex scripturis ostenderit, ubi Dominus Missale sacrificium Ecclesiæ tradiderit tanquam medium passionis suæ distribuendæ & participande. Si secundum placet, iam totam scripturam negasti et peccatori tribuis quod agnus Dei sine macula præstítit, sed quis hæc tolerabit? Recte ergo credunt & docent, qui preter primum pro peccatis sacrificium, nullum aliud agnoscent, q; si nos his argumentis moueri stultum putas, quid aliud q; ex hominibus saxa facis?

## RESPONSIO AD CAPVT

### Decimum.

**C**apite decimo latius probare cōtendis Missam esse memoriam oblationis & simul oblationem, Nam que de Missa in die Parastæues obmittenda scribis ad Magistros cæmeriarum & Rationale Diuinorū relegamus. In toto igitur capite, ad que respondendum esse arbitrabar, hæc potissimum insunt.

Primum. In ueteri Testamento erat representatum quoddam passionis Dominicæ futuræ, nempe agnus paschalis, Sic & in Nouo, est sacramentum Eucharistie representativum passionis preteritæ.

Secundum, Missa quidem imago est & representatio uere immolationis in cruce factæ, sed hac appellatione

non satis exprimitur uis Missæ , quia Christus etiam in  
ueteris Testamenti figuris dicitur uelut in imagine qua=dam imolari & representatiue, non q, fuerint uera sacri= ficia, sed quia representauerunt uerum sacrificium, sed  
hoc modo, solū figuratiue fuit imolatus Christus, Et ille  
modus appellandi non conuenit soli Missæ , sed est com= munis etiam legalibus in quibus etiam representatio que=dam erat. In Eucharistia autem est modus quidam signifi= candi expressior, proprius Eucharistie, per quem modus  
Eucharistia uere & specialiter est sacrificium.

Tertium. Ille igitur modus proprius appellationis sa= crificij in Eucharistia est talis, Eucharistia est sacrificium  
non solum quia representatur Memoria passionis Christi  
ita loquitur Eccius, sed ob hoc q, Ecclesia actione tota ge= stuum uerborum, rituum ac uestium representat oblatio= nem passionis Dominice.

Quartum. Si querimus unde hoc sciatur ? Respon= det Eccius, Ecclesia est hoc edocta à spiritu sancto et per  
columnas Ecclesie, ex qua doctrina spiritus sancti offert  
Ecclesia ipsum Christum denuo Deo patri, Et hinc ap= plicantur merita passionis Christi Ecclesie per huius mo= di actionem representationis.

Quintum, Simile producis quo hanc doctrinam facis  
uerisimilem, Triumphus alicuius Regis pictus in parie= te, placet quidem Regi, at si coram eo uelut in ludo quo= dam scenico Res, ut gesta est, per histriones representa= tur, quasi ian illi realem triumphū exhiberent, quan=

Nota de= nuo.

tum putas complacentie Rex esset habiturus in illa plus  
q[uod] p[ro]sta uel sculpta representatione.

Sextum. App icatur similitudo ad hunc modum. Ita  
mater Eccl[esi]a à spiritu sancto edo[re]ta, iugi representatio[n]e  
et quotidie reiterat hanc oblationem in cruce factam  
ubi non solum pingitur aut figuratur, sed etiam agitur  
opus redemptiois nostræ.

Septimum. Inter haec Eccius gemini criminis reos agit  
hereticos, ignoratiæ et imprætatis. Et miratur hereticos  
unam dumtaxat scire rationem offerendi Christi, nempe  
per mortem in cruce, cum tamen alia sit ubi nihil opus est  
denuo sanguinem fundere et cruentare altaria.

Octauum, Adserit Eccius sacerdotes in Missa Chris-  
tum offerre deo patri ut Deum iratum placent super  
offensis. Ad que omnia eo, quo proposita  
sunt, ordine respondebimus.

Ad primum respondemus Cœnæ ceremoniam in  
hoc institutam ut ceu Memoriale sit passionis dominice.  
De Missa uero adeo nihil est in scripturis, ut ne nomen  
quem hoc, in ea, qua uos utimini, significatiōe agnoscant.

Ad secundum, poteras contentus esse hac una appellatiōe,  
q[uod] Missa sit mago et representatio uere immo-  
lacionis in cruce. Sed putas cum ille modus etiam legalibus  
conueniat, necessario alium esse tempore reuelati Christi  
in nouo Testamento qui Missa specialiter conueniat, ne  
forte in cœrmonijs nostris et cultu Dei simus patribus  
inferiores, quasi uero non illi modus per se sit expressior,

¶ Coena Domini non est aliquid Memoriale tantum &  
præfiguratum futurae passio[n]is, sed memoria preteritæ  
& exhibitæ signumq[ue] sacram rei & uer[t]atis presentis,  
grande item Mysterium ubi sacrificiorum omnium cons-  
summator ipse Christus presens est, uerus sacerdos, sacri-  
ficium omnium absoluens, a tare uere bene placitum, certissi-  
mumq[ue] propitiatoriu[m], ut iam gloria Domini uere super  
Ecclesiam orta sit, Nam p[ro]cha nostrum immolatus est  
Chr[ist]us, sanguis prop[ter]e patoris in cruce effusus est uete-  
ra preterierunt & ecce noua facta sunt omnia, anxijs o-  
lim suspirijs Redemptor expectabatur, ΚΟΡ habebat  
tur quotannis, sed umbra tantum c[on]amabatur tum Ro-  
rat coei d[omi]ni super et nubes pluant iustitiam, aperiatur ter-  
ram & fructificet salutem, & iustitia germinet simul, utti-  
nam disrumpentes coelos & descendentes, iam præstitum  
est quod desiderabatur, nox legis præteriit, & dies Euā-  
ge[li]i luxit, virtus est sol iustitiae & iubare micantissimo  
totum collustrat orbem, Recōciliati sumus Deo per præ-  
stutam mortem filij, & Christus legatiōe sua perfunctus ad  
dexterā patris sed et ubi aduocatus noster est et propicia-  
tio p[ro] peccatis nostris, Atq[ue] pro p[ro]p[ter]us nobis adest salus q[uod] tu  
cū cr[uc]e debamus, si ius dilectus natus et datus est nobis, &  
p[ro] nobis traditus, Qui igitur fieri posset ut nō & cū eodē  
omnia nobis donaret pater, ut leta f[ac]tutia cū Apostolo pos-  
sumus d[omi]nū cere, Spe salu facti sumus, & cū Iohanne, Nūc si-  
lū d[omi]ni sumus. At nondum apparuit quod futuri sumus et  
uita nostra abscondita est cū Christo in D[omi]no, complanata

1. Cor. 5.

2. Cor. 5.

Iesaiæ. 45.

Iesaiæ. 64.

Roma. 5.

1. Ioh. 2.

Roma. 8.

13

Luc. 2.

1. Ioh. 3.

Sumus Christo, & regeniti in spem uiuam per hoc q;  
Christus resurrexit a mortuis ad hereditatem immarces-  
scibilem conseruatā in cœlis. Nunc hoc superest, ut Chris-  
tus uita nostra manifestetur, tunc & nos cum illo mani-  
festabimur in gloria, tam prope īā est salus nostra. Hec  
tanta bona animis fidelibus in cærimonia Cœnæ reuolu-  
mus, ut non qualiscunq; præfiguratio & representatio  
ad sit futurorum bonorum, sed uiuax memoria & fidelis  
exhibitorum. Et si eadem sit fides nostra & Patrum qui  
agnum ab origine Mundi occisum in carnem expecta-  
bant, omnia tamen uelut uiuidiora & explicatoria sunt  
in exhibitione q; in promissione, ut sacramenta nostrare  
uelationis fidei ac religionis symbola sint q; uetera illa. Et  
iam apertiore Christi cognitioē donata Ecclesia ab iniu-  
meris legis ritibus ad liberum spiritus cultum & simpli-  
cem translata est. Nisi paruum nobis uidetur q; nostris  
Mysterijs ille ipse iam assistit, qui semen Abrahæ appre-  
hendit propter nos homo factus, & ad similitudinem noz-  
stram quasi primitiē quædam ac separatio nostræ massæ  
Deo patri obatus est, primogenitus ex mortuis factus, et  
primitiē resurrectiōis nostræ, cuius consolantissima uox  
est, Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem in  
me manet & ego in illo. Stupendo enim commixtio iam  
Deo per Christi capitilis nostri carnem & sang. coniungit  
nur, uirtute spiritus nos Christo conseptulos uiuificatis,  
nam etsi propter naturam carnis corruptioni sumus ob-  
noxij, participatione tamen uitæ ab imbecillitate nostra

reuocati ad proprietatem illius ad uitam reformamur,  
nisi nostra bona ignorantes, tam omnino nulla spe mans-  
ducemus carnem Dei, VERBO unitam eōq; uiuificā, ut  
eā nō credamus reformare posse ad immortalitatē suam  
participes sui, quod absit, Has no. Testamenti prærogati-  
vas cum uideamus, nihil opus erit, tuo modo spespeciali no-  
ue oblationis expiatoriæ, quo nostra mysteria à ueterum  
sacramentis differre cognoscantur. Videmus itaq; q; me-  
rito beati pronuncientur oculi discipulorum, multi enim Luc. 10.  
Reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ ipsi uiderunt  
non tamen potuerūt. Esto igitur nos memoriale saluificæ  
illius oblationis Christi, non autem eam oblationem iugiter  
iterandam in Ecclesia admittamus, non tamen contra  
scripturam sanctam, uim stupendam et reuelatam no. Te-  
stamenti gratiam pugnamus, agnoscimus enim tempus  
acceptum, diem salutis, ueritatis exhibitionem semel qui-  
dem factam, sed efficaciore, q; ut more uestro iterari possit  
aut debeat, iam absq; nouis oblationibus expiatorijs, Do-  
minus pro uaticinio Ioe'l nouissimis diebus implendo, in  
exercitio sacramentorum, promissa illa singulari spiritus  
efficacia & operatione, reuelatum gratiæ regnum mode-  
ratur. Placet autem q; dicas legales uictimas non fuisse ue-  
ra sacrificia, sed tantum representasse uera sacrificia, nam  
his uerbis obiectio[n]i tuae respondebitur, qua posses ad hūc  
modum ratiocinari. Legis uet. holocausta & פסח  
erant figure sacrificij ueri, & tamen per se etiam uera sar-  
cificia erant, Ergo sacramentum Eucharistiae potest esse

**Memoriale preteritæ uictimæ, & nihilominus uerum in se sacrificium.** Hic tibi responde Legales uictimas res quidem in se ueras esse, at non uera sacrificia, Ratio enim sacrificij ueri in ipsis desiderabatur, non reddebat perfectum nec placabant offensum Deum, quare non erant nisi umbrae & figure ueri sacrificij, ut copiose & eruditissime expl cat Epistola ad Hebreos, no enim propter se exercabantur, sed propter aliud, alioqui ea Deus non reiecit, significabant non erant, Christus autem uero est, quod per illa significabatur, in quem tendebant & in quo finita sunt, cuius sacrificij memoriam iugiter habet per cærimoniam Coenæ Christus uoluit, reiterationem uero sacrificij huius fieri non uoluit.

**Ad Tertium.** Hic modum illum specialem sacrificandi tandem nominatum producis, quem hebetudo nostra non capit scilicet. Ergo secundum Eccium, Eucharistia erit sacrificium, quia sacerdos gesticulatur ad normam, uestitur alba, ritu admirabili, Et sic gestus, uestimentum et actio quedam scenica, ex memoriali faciunt sacrificium quia non ad sit tantum representatio passionis, sed etiam actio gestuum uerborum, rituum uestiumque, qua representetur oblatio passionis. Queso Eccl, quid hic aliud addis q representationem representationi, utut enim gestus uestemur, uestiamur more sacrificantium, tamē passio uera aut oblatio Christi in cruce semel tantum facta est, Hic quicquid affinxeris, tantum representatio est, & aliud est res uere gesta in cruce, aliud representatio eiusdem qua-

licunq; tandem gestu aut ueste utaris, Nam actio gestus et  
vestitus non facit ex memoriali & representatione rei,  
rem ipsam id est, ex memoria mortis Christi aut sacrificij  
in cruce completi, ipsam mortem uel sacrificium, repre-  
sentatur quidem oblatio passionis, ut tu scribis, sed non fit  
ideo sacrificium, cum discrimen sit inter haec, nempe re-  
presentari oblationem aliquam, & offerri qui represen-  
tare oblationem, ipse non offert, sed oblationis uere memo-  
riale exhibit. Semper itaq; manet uobis representatio,  
representatio aut memoriale, Nonne ueteres actuosius &  
expressius representarunt passionem agni mystici, dum  
agnum pascha' em ad uesperam immolabant, sanguinem=  
q; fundebant, & dein prescriptis cæmonijs edebant,  
ub si externa magnificeris, tota actio similior erat sacri-  
ficio uero q; gesticulatio albati et Manipulati sacerdotis.  
Quare non est ut metuas specialem hunc modum a stolis  
dis hereticis non posse intelligi, Intelligimus probe que  
dicis, approbare tamē ea, refragante conscientia, non pos-  
sumus. Aures fortasse non usq; adeo hisp: das habemus,  
ut uelut ad rem nouam & inaudtam stupeamus, quoque  
sic distinguis. Eucharistia est aliquando memoria tan-  
tem passionis, non sacrificium, Aliquando corpus Chris-  
ti consideratur solum ut oblatio. Tertio est sola repre-  
sentatio passionis. Quarto est quidem memoria passionis,  
simul tamen representatio & oblatio. Non sunt haec, cre-  
de mihi, tam imperuia nobis, sed eiusmodi que olim plau-

sibiliter dicebantur in scholis, quando in uerba hominum  
iurantes cognominabamur Thomistæ, Scotiste, Occanis-  
tæ, Reales & Nominales, ubi sui quisq; doctoris placita  
haud secus atq; Oracula uenerabatur, Et piaculi haud  
quaq; paruum habebatur à talibus usq; dissentire, qñquidē  
satis erat αὐτὸς ἐφα. Tantum enim opinio præjudicata  
poterat ut ualeret sine ratione autoritas, atq; hodie  
si humanæ rationis acumen esset consulendum, & res Di-  
a'ëticorum artificio transfigenda, nonnihil tribuerē in-  
genio hominis, uix enim illus est tam inexplicabilis, no-  
dus quem non uelut Tenedia bipenni argutiarum expes-  
diat, si intenditur & forte tot modos offerendi Christi in-  
ueniret, quot apud Aristotelem nominātur κατηγορίαι  
At nos hic in re conscientiarum ardua uersamur, ubi hu-  
manæ rationis temeritati imperandum est, & uerbo Dei  
intendendum, nec de titulis subtilium aut Inuictorum di-  
sputatorum decertamus, Sed de certitudine eorum que  
in fide sunt differimus, nec querimus illum modum tuū  
ut hactenus ignotum, sed querimus ubi ille modus in scri-  
pturis sanctis fundetur, ubi representatio illa oblationis  
passionis dominice in uestitu & gestibus uarijs in uerbo  
Domini præcipiatur, tantiq; fiat ut si adfuerit ex Memo-  
riali faciat uerum sacrificium, Simplici enim scriptorum  
autoritate in re tanti momenti, nempe conscientiarū nihil  
mouemur ut quas consolari efficaciter & stabilire nihil  
queat preter uerbum Dei quo uiuit anima. Et certe, si  
sexcentes hæreticos uocaueris, representationem tamen

Deut. 8.

Matth. 4.

illam oblationis Christi in uestibus et gestibus externis  
tanti nunq faciemus, ut articulum fidei nobis hinc fabri-  
cari paciamur. Quoties Ecci in festo Corporis Christi  
personati artifices, nobis spectantibus gestu et uestitu  
passionem Domini et oblationem in cruce scite admodum  
representarunt, ut quibusdam lachrimas exciverint, nun-  
quid et hic oblationem aliquam inuenies? Si dicis, at  
hic est corpus Christi, quod patri denuo offertur, non so-  
lum representatio nuda. Respondeo, oblatio corporis  
Christi semel facta est, nec ob elevatione panis consecrati Hebræ. 7.  
denuo Christus offerri dicetur, Quare cum ad modum spe-  
cialia confugias, et uelut triumphes, Rogamus et ur-  
gemus te Ecci, commonstra ex scripturis hunc modum,  
Hic hic uersatur cardo totius libri tui, hic petimus iugu-  
lum caussæ, si hic non succurritur, a tota caussa excidisti.  
Tu preter modum sacrificij expiatorij in cruce consum-  
mati ponis alium, hunc proba scripturis, Vbi scriptura  
iubet ut Christum sub specie panis iterum offeramus pro  
peccatis nostris, et sistamus Deo patri gestulatoria  
illa actione representationis corporalis? Quis autem tam  
lippus ut non uideat hunc modum ab hominibus confi-  
ctum? Nam quod adstruis Ecclesiam hunc specialem  
sacrificandi modum didicisse a spiritu sancto, ut quo non  
modo in memoriam passionis utamur Eucharistia, sed et  
actione gestuum et uerborum representemus oblationem  
passionis, et sic Christum offeramus denuo patri, tuam  
audimus sententiam, sed scripturæ exigimus testimonium.

Nam si satis est ad rationem fidei reddendam dicere. E<sup>st</sup>  
doctus sum hoc à spiritu sancto, nihil erit tam absurdum  
in omnibus libris, quod non queat hac ratione uel canonica  
autoritatem sibi adsciscere. Aperte cum hac seruitute  
Christiani sumus, non Scotistæ aut Occanistæ, audiemus  
Christi uerbum, & per scripturas probabimus spiritus  
qui sunt ex Deo, Nam ante diximus quæ ad fidei doctrinæ  
næque Christianæ summam pertinent, atque ad salutem scitu  
2. Tim. 3 necessaria sunt, sacris litteris abunde contuleri, Ideo pro  
Iesaiæ. 8. pheta non ad commentarios hominum, sed ad legem &  
Io. vii. 10. testimonium nos remittit, denique certi sumus Ecclesiam  
nempe oves electas non audire nisi pastoris uocem, quare  
non est ut nominibus nudis Ecclesiæ & patrum sp̄s  
nos à sententia deterreri posse. Nondum igitur uicti  
iacent hæretici per modum tuum specialem, & nihil hue  
usque abs te allatum est tam argutum, tot dissectum distinc  
tionibus, tantoque Syllogismorum robore communitem,  
cuius uim aut ignoremus aut metuamus, Et conscientie  
nostræ stomachus ad leuissimum hunc cibum humanarum  
traditionum iampridem nauusat, nec unquam poterit satis  
nisi tritico uerbi Dei.

Age autem ponamus & nos, nostros modos sacrificandi ut uelut ex Antithesi appareat uter rectius sensiat.

Hebreo. 9. In secundum tabernaculum quotannis solus  
Pontifex non sine sanguine ingreditur, quem offert pro  
seipso & pro populi ignorantibus, illud significante spiritu  
sancto, nondum manifestatum esse Sanctorum uiam

ad huc priori tabernaculo consistente, quæ erat similitudo pro tempore tum presente in quo dona sacrificiaq; offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum reddere cultorem in cibis dum traxat & potio ibus & diversis ablutionibus ac iustificationibus carnis usq; ad tempus correctionis imposita. En ritum offerendi in lege in figura tantū, & hoc est figuratiue tantū offerre.

Porro uera sacrificandi ratio & perfecta ex Nouo testamento cernatur, Heb. 7. Nobis est pontifex innocens sublimior coelis factus, cui nō est necesse quotidianè quemadmodum illis in lege pro peccatis proprijs offerre uictimas, & deinde pro peccatis populi, Nam id fecit SEMEL cum semet ipsum obtulit. Et Heb. 9. Christus apparet nunc in conspectu Dei pro nobis, non ut offerat semet ipsum sepius, alioqui oportuisset illam sepius passum fuisse à condito mundo. Nunc autem id fecit SEMEL sub consummatione seculorum ad profligationem peccati per immolationem suipius apparuit, Et quatenus ille lud manet omnes homines, ut semel moriantur, posthoc autem iudicium. Ita & Christus SEMEL oblatus ut malorum peccata tolleret. Et Heb. 10. Christus se exhibet obedientem uoluntati patris ad opus redēptionis, & Apostolus dicit per hanc uoluntatem nos esse sanctificatos per oblationem corporis Christi SEMEL peractam.

Hæc omnia cogor repetere, ne tu eorundem recitatione mihi uidearis omnes uias euadendi præclusisse, Nam & illa allegas, ut qua arte traxes adverbium SEMEL

toties inculcatum, norunt qui & ipsi aliquando tracta-  
runt Sophismata. Quid hic aliud faceret heretici q̄ quod  
faciunt, spiritum sanctum uident q̄tum ad victimam ue-  
i. Pet. 2. ræ expiationis attinet, contentum esse illo offerendi mo-  
Heb. 10. do, quo Christus peccata nostra ipse pertulit in corpore  
suo super lignum. Victima factus Deo in odorem bone  
fragrantiae, cui modo plenam nostri sanctificationem &  
reconciliationem tribuit scriptura, Ideo malunt cum sp̄is  
ritu sancto hebetes & idiotæ haberi, q̄ cū omniibus seculi  
sapientibus immortali ingenij fama inclarescere. Terreret  
nos quæ dominus loquitur. i. Cor. 1. Perdam sapientiam  
sapientium et intelligentiam intelligentium rei sciam, Vbi  
sapiens? ubi scriba? ubi disputator huius seculi? Nonne  
infatuauit Deus sapientiam mundi huius? Non recusa-  
mus in distinctionibus & hominum inuentis crassiores  
haberi, modo ea sciamus quæ sola conscientias aduersus  
peccatum, mortem & infernum reddunt iniictas.

Ad Quartum. Augustinus de natura & gratia cap.  
6 1. Solis (inquit) canonice scripturis sine illâ recusatio-  
ne consensum debeo, Et uir tantus ne sibi quidem credi  
uoluit, nisi scripturis consentanea doceret, Eam tu liber-  
tatem in Ecclesia nobis, uelis nolis relinquas intactam.  
Quare tuum fuerit lucidis scripturis docere ubi spiritus  
sanctus Ecclesiam docuerit tuum illum modū sacrificari  
di, hoc si nequineris, desine ex liberis Christianis manci-  
pia facere humanarum doctrinarum. Nobis nō tam leue  
uidetur, Ecclesiæ Christi quidlibet adscribere, que ut  
uerbo

uerbo Dei genita est, Ita eodem uerbo tanq; infallibili re-  
gula nimirum dicens cum Davide, Eloquium tuum Domini  
ne unificauit me, non hominis eloquium sed Dei. Colum-  
nas autem Ecclesiæ sic uenerandas existimo, ut illibata  
interim nobis mancat libertas Christiana, Omnia enī no-  
stra sunt, siue Paulus siue Apollos, siue Origenes siue  
Augustinus, ne quis glorietur in hominibus, precio emp-  
ti sumus, scriui hominum fieri nolumus, quantum ad cō-  
scientiae negotium attinet. Olim qui in Ecclesia primiti-  
ua uidebantur esse columnæ, nihil contulerunt Paulo ad  
Euangelij rationem, quanto minus illi quos tu in partem  
gloriosæ huius appellationis uocas? Legimus Apostoliū  
tion ab hominē sed per reuelationem Christi Euangelium  
suum accepisse, atq; angelicis etiam spiritibus anathema  
minatum, sicut Euangelium predicarint quocunq; titu-  
lo, preter id quod ipse predicarat Galatis & reliquis gen-  
tibus, cuius exemplo & nos ea, pro doctrina Ecclesiæ,  
que uerbo Dei firmata non sunt, amplecti non possumus  
& Ecclesia nihil aliud recipiat sciens & uolens q; purum  
Dei uerbum, si aliud receptorit, iam anathema fit. & ipsa  
ut que corrumpi se paciatur alio q; sponsi uerbo. Nouis  
mus Apostolis promissum spiritum ueritatis, ut eos du-  
ceret in omnem ueritatem, Nouimus item promissionem  
in die Pentecostes exhibita, ubi uirtute ex alto induiti hoc  
docuerunt alios quod ipsi à spiritu s. didicerunt, Didice-  
runt autem Christum & scripturæ sanctæ oracul'is Chris-  
tum uite autorem annuntiare efficaciter mundo cœpera

1. Pet. 1.  
Psal. 1. 18

1. Cor. 3.

1. Cor. 7. 0

Galat. 2.

Galat. 2.

Galat. 1.

Ioan. 16.

runt, quid enim ipsi docuerunt in uita aliud q̄ scripturas  
de Christo? Negocium ipsis iniunctum erat ut predicas-  
sent Euangelium iuxta uaticinii Iesa. 41. Ad Ierusalem  
Euangelistas dabo, ubi Heb. ueritas habet מبشر quo  
Roma. 1. nomine Heb. nuncium intelligūt, lēta nuntiantē, et pre-  
mio digna qualia sunt que de Christo tradant scripture,  
nempe exhibito eorum que in Christo ad salutem electos  
rum promissa erant in prophetis, & in nouo Testamen-  
to ostenduntur præstata, Hoc est Euangelium quod Apo-  
stoli iubentur predicare omni creature. Iam qui norunt  
quid sit Euangelium, nempe sermo reconciliationis, quia  
2. Cor. 5.  
Roma. 4. Deus reconciliavit nos sibi per Christum, qui mortuus est  
propter peccāta nostra, resurrexit propter iustificatiōem nos-  
tri, idem facile intelligūt quid predicarint Apostoli, que  
fuerit uniuersa eorum doctrina, & quid ab eorum doctrī-  
na diff̄ideat, Nam in Actis uidemus Apostolos nihil om̄e-  
nino predicasse aliud q̄ hoc Euangelium ex scripturis, si-  
ne quarum testimonio nihil agunt, q̄ si non omnia Christi  
& Apostolorū uerba ac facta prodita sunt Euangelicis  
litteris, tantū tamen est proditum, quantū Ecclesie Chris-  
ti in spiritu regendae satis est, id quod Iohann. testatur cap.  
20. Multa quidem (inquit) & alia signa facit Ihesus in  
conspicere discipulorum suorum que non sunt scripta in  
hoc libro, Hæc autem scripta sunt ut credatis q̄ Ihesus est  
Christus filius Dei, et ut credentes uitam habeatis per no-  
men eius. Attende, hæc scripta sunt, cur obsecro? Nū ut  
mutila quedam & manca scripta legerentur in Ecclesiis,  
quibus multa sint addenda ut perficiantur? Minime, sed

scripta sunt ut credatis q̄ Iesus est Christus. En caput A= postolice doctrin.e, Apostoli docuerūt Iesum esse Christū hoc est, Meschiah pmissum in scripturis salvatōrē mudi, missum ad euangelizandū pauperibus, medendū contritis Iesiae. & 1. corde, qui finiat peccatū et sempiternam adducat iustitā. Danie. 9. Quid hæc fides præstat? ut credentes habeatis uitam ni= mirum æternā. Nonne magna uis fidei qu.e scripturis Ca= nonicis adheret, nam q̄ credit habet uitam æternam, quia credit in Christū, qui mortem aboleuit, uitam autē in lu= tem produxit, & immortalitatem, qui est uerbum patris eternum uita & lux nostra. At per quod nomen uita æ= terna obtinetur? p nomen Christi, neq; enim est aliud no= men sub cœlo datū inter homines, in quo oporteat nos sal= uos fieri, Habemus igitur perfectam Christi et Apostolo= rum doctrinam in scripturis Canonicis, his nitamur, hi sunt quos non iniuria Ecclesi.e columnas uocaueris, si ex= illorū doctrina, que spiritus sancti est, ostendere poteris modū tuū peculiarem, incūctanter tu.e assertioni subscri= bimus. Sed urgebis sancti Doctores habuerūt spiritum s. suo sanguine Euangeliū confirmarūt, aut mira uite san= citoniu, quomodo igitur eorū doctrina ab hereticis rej= citur nulla sanctimonie fama claris? Respōdeo. Si homi= nis in uita integritas aliquid momēti habet ad stabiiliendā doctrinā, cur non credis Cypriano, utrāq; speciem Laicis quos uocas, danti et baptisma hereticorum reiſcenti? cur nō audis Origenē, q̄ præposta misericordia motus, sa= tua in cōsortiū æterne beatitudinis non ueretur admittere.

Iohan. 3.

2. Tim. 2

Acto. 4.

Num putas etiam ob uitam incūpatam, cum Ireneo &  
Tertulliano Iudaicam illam mille annorū aevū tēpōsiv  
nobis esse credendā? Et tantū apud nos efficiet Lactantij  
integritas, ut tuto liceat spiritus s. negare substantiam &  
errore Iudaico eum uel ad patrem referre uel ad filium,  
& sanctificationem utriusq; persone sub eius nomine de-  
mōstratā intelligere, sancti stz uiri patrocinio? Vides in-  
nocentiam uitae erroribus obnoxiam, eōq; ab hominibus  
ad scripturas necessario prouocandum, Recte, Non enim  
iubemur illius aut alterius hominis uitam pro infallibili  
fidei regula amplexari, sed uerbum Dei. Si sola uitae san-  
ctitas in Ierosolymitano Concilio & piorum multitudine  
in consilium de rebus fidei adhibita fuissent, citra ueritatem  
Verbi diuini, Euangelij uis omnis obscurata, & liber-  
tas Christi sanguine parta penitus extincta esset. Stupe ad  
personalem Petri sanctitatem, neglecta Euangelij ueritate,  
quid fiet? Arripies Petri simulationem reprehensibile  
et amittes Euangelicam libertatem. Quare si absq; diut-  
thranorū ctenus tutt stetimus arcem expugna, & tui erimus. Chris-  
tos Ecc. = stus Apostolos, misso in hoc spiritu sancto, omnia ad fidē  
ita uo= necessaria docuit, Apostoli eadem nec alia docuerūt Ec-  
clesiam. Et hæc scripta sunt, quantum plena fidei ratio  
postulat, scripturis ergo ut sufficiētissimæ Christi et Apo-  
stolorum doctrinæ credendum, nec addendum quicq; aut  
additamentis non credendum. Explicemus ista. Christus  
à patre missus in mundum ad predicandum Euangelium

Galat. 2.

A syllū Lu-  
th. Gal.

Iesa. 61. Ad euangelizandū pauperibus misit me. Et Lc.  
4. Missus sum in hoc ut euangelizem regnum Dei. Hunc  
doctorem irrefragabili autoritate donauit pater Matth.  
17. Hunc (inquit) audite. Et Deut. 18. Qui uerba eius  
que loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor ex=  
istam. Hanc patris sapientiam aeternam obmisisse aliquid  
eorum quæ scitu ad iustitiam & salutem necessaria sunt,  
uel cogitare summa Blasphemia est. Porro quæ Christus  
audiuit à patre, ea nota fecit discipulis Iohan. 15. At A<sup>3</sup>  
postoli carnales etiamnū hæc mysteria Christi capere non  
poterant Iohan. 16. Multa habeo quæ uobis dicam, sed  
non potestis portare nunc. Igitur promittitur ipsis spiritu=s  
tus s. cuius uiua in corde doctrina & unctione, & intel=  
ligant Euangelium, & animosi reddantur ad testimonium  
resurrectionis Christi reddendum orbi, Iohan. 14. Spiritu=s  
docebit uos omnia, & suggesteret uobis omnia quæ  
cumq; dixi uobis. Dixerat autem ipsis mysteria Dei E=  
uangelium in prophetis promissum Luc. ult. Hec sunt  
uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscū,  
& necesse foret impleri omnia, quæ scripta sunt in lege  
Mosi & prophetis & psalmis de me. Et spiritus s. nō do=  
cuit Apostolos noua quedam, sed hoc ipsum Euangelium  
à Christo predicatum Iohan. 15. Spiritus ueritatis testi=  
monium perhibebit de me, Et Iohan. 16. Ille glorificabit  
me. Promissum hoc patris est impletum, datur Apostolis  
spiritus sanctus eximio miraculo, cuius ductu Apostolicū  
murus cum fiducia obeunt Act. 2. Apostoli deniq; nihil

eorum intermisserunt, que ad fidem Christianam fundamen-  
tam erant necessaria, iuxta Christi iussa Matth. ult. Do-  
centes eos seruare omnia quecumque praecepit uobis, Atq;  
h.ec quae docuerunt ipsi Apostolicis & Euangelicis littera-  
ris etiam scripta reliquerunt Iohan. ult. H.ec scripta sunt  
ut credatis q; Iesus est Christus, & ut credentes uitam huius  
beatis, Ergo quae scripta sunt litteris noui Testa. huc spe-  
ctant ut credendorum nobis summa quaedam & regula  
fidei certa sint, Ac ne dicas, at non sufficiunt, Addit Euau-  
gelist, Et ut credentes uitam habeatis. Ecce qui his scrip-  
tis credit, uitam hac fide obtinet, quid ille insuper desyde-  
raret, qui per Christum uitam eternam consequitur? Huc  
enim tendunt omnia nostra uota & suspiria, satis superque  
nouit, qui Christum nouit, hanc cognitionem unice iactat  
Apostolus, nec iniuria, nam cui illa, trahente & docente in-  
tus patre coelesti contigerit, iustus ac beatus euadit. Et  
scripturæ docent Christum, Nihil itaq; illis deest quod ad  
iustitiam ac salutem scire necessum fuerit. Habes Ecc*i*  
Lutheranorum asylum, quos si qua uia aut iure hinc ex-  
traxeris de nobis actum est, Si autem conatus tuus fuerit  
irritus, non est ut tam facile sp̄eres, nos uictas manus tibi  
præbituros.

Quod autem addis h.ec uerba, Ecclesia Catholica  
ipsum Christum denuo offert patri. Exigimus abs te  
huius assertionis testimonium ex scripturis. Nos credi-  
mus catholicam Ecclesiam, & fatemur doctorem eius  
esse spiritum sanctum, At ille non docet Ecclesiam nouam

Quedam ad credendum, non predicata ab Apostolis scripturis comprehensa. Ostende igitur ubi spiritus janitus iussit Ecclesiam denuo offerre Christum, uerba tua agnoscis opinor? Et esto iudex Eccl. Tu dicis Ecclesiam offerre ipsum Christum denuo Deo patri pro peccatis nostris, atq; hoc eam à spiritu sancto didicisse, Spiritus sanctus uero aptissime dicit unam tantum esse pro peccatis oblationem, nempe Christi passionem in cruce, & quinquies habet Epistola ad Hebreos oblationem eam semel esse factā, utri igitur credemus? an tibi ex quo tantum nuda hæc nomina audimus Ecclesia, Spiritus sanctus absq; omni testimonio scripturæ, Aut spiritui sancto potius qui per Apostolum, tam manifeste contrarium pronuntiat tuæ adserzioni, Et scimus spiritum sanctum cum hæc loqueretur per Apostolum non suisse obliuiosum aut incogitantem, in quo ad refellendum hunc futurum iteranda oblatione pro peccatis errorem, tam accurate uidetur ista inculcasse.

Iam uidendum, quale sit quod dixisti, Merita & fructus oblationis dominice applicari fidelibus per huiusmodi actionem representationis. Si actio illa Missantium & gestulatio cum intentione sacrificandi cuiq; potest fidem infundere, qua credit & pro se, olim in cruce Christum esse oblatum, libenter dabimus, merita passionis Christi per actionem illam applicari circumstantibus, Sed dicis, fidelibus, si circumstantes sunt fides, quero quomodo fideles sint facti?

Et constat fideles factus à spiritu sancto per fidem, fides  
 loquimur autem de fide non simulata.) filios Dei facit,  
 eōq; hær. des Dei, coheredes Christi. Ergo hoc ipso q; fide-  
 deles sunt et redunt per spiritum sanctum corda fidei ille-  
 luminantem, applicata iam ante sunt ipsis merita passio-  
 nis Christi, applicari enim sine fide merita Christi nō pos-  
 sunt. Quid autem cogitabunt simplices, quoties audiunt  
 actionem illam Missarum esse applicatricem meritorum  
 Christi? certe hoc praeconio Missæ q; primum redduntur  
 aureæ. Custos carceris Act. 16. cupiebat sibi applicari  
 merita Christi, & accidens Paulo et Silo ad pedes clama-  
 bat, Domini quid me oportet facere ut saluus sum? At  
 illi dixerunt, Credere in Dominum Ihesum & saluus eris  
 tu & domus tua. Hic citra controversiam auditur applica-  
 tio meritorum Christi, nam cupit saluus fieri custos, sal-  
 vantur qui credunt in Christum, fide ergo consequuntur  
 remissionem peccatorum plenam & omnia bona Christi.

Ad Quintum, de simili per te allato quid dicamus?  
 Profecto hoc ergo Theologii esse non arbitror, in re tanta  
 tam dissimili similitudine uti, Sciebam multa ante, eius  
 modi non parum multa dici in scholis, sed credere omnia,  
 unde ne non sit necesse. Magnū hic redempti hominis negotium agitur, & similitudinibus istis mecum pugnas, cu  
 ego scripturas a te requiram, nec tamen ueroris adserere  
 talia, et tanq; ora: u'um coe*ste Ecclesiæ Christi propone*  
 re. Disputando fortassis ferri poterant talia, sed ad credendo  
 inimum grauauit conscientias, nec tam facile, ut putatis,

Apud cordatos obtinebunt app'au'um & adsensum. Nam  
in omnibus rebus temeritas in adsentiendo errorq; tur-  
pis est, tum in eo 'oco maxime, in quo iudicandum quod  
exigat, quod du*re* respuat Christiana religio. Est enim perit-  
tum plenissimo cu*q*; summe metuendum, ne aut negle-  
ctis ijs impia frau*re* aut su*ceptis* anili superstitione obli-  
genur. Finge gitur me aut reliquos tuo iudicio, heres-  
ticos talia communisci, quibus forte pecu*iaris* ludus est, te  
iudice, in r*ibus* d*u*n*is*, tam inscite ne dicam impie nugari.  
Queso quid tibi uidentur de Deo sentire, qui putant  
ipsum in re tam ardua, uelut theatrali spectaculo dilecta-  
ri, Rex terrenus ut pote ambiciosior, magna cum uolup-  
tate spectat ludum scenicum, aut triumphum aliquem,  
in quo sciti histriones, gestu, uoce ac tota actione rem, ut  
gesta est, representant. At non piu*m* est sic animi nostri  
gnomone metiri Dei animum? an sic colimus Deum in  
spiritu & ueritate? Vni scire quid in re tam ardua Do-  
mino gratum sit? placuit paternae Dei uoluntati ut uni-  
genitus pro nobis uere humiliaretur usq; ad mortem, mor-  
tem autem crucis, Audi ueram humiliationem uere gra-  
tam, Nam hac obedientia patri multo gratissima factum  
est ut qui per letalem unius hominis imobedientiam pecca-  
tores constituti sunt multi, Vnius item obed etia tam pro-  
pt*a* uifue tur multi, nempe quotquot ipsum fide am-  
plexuntur, & Deus illum in summam extulit sublimita-  
tem, ac donauit illi nomen supra omne nomen, ut in no-  
mine Iesu se reflectat omne genu, coelestium, terrestrium.

Iohann. 4.

Philip. 2.

Roma. 5.

**Ephe. 1.**

**Heb. 9.**

inferorum, omnisq; lingua confitatur & Dominus sit  
Iesus Christus, ad gloriam patris, & propter hunc tunc  
opere dilectum uereq; humiliatum diligimur & nos.  
perpetuo alioqui odio dignissimi. Ut itaq; Deus ueritas  
est, ita ueris non fictis rebus aut imaginibus tempore pre-  
sertim reuelati Christi delectatur, hinc illa Symbolorum  
noui Testamenti paucitas. Vere passus est filius & semel  
oblatus non τῷ θόκῳ ut & ipse confiteris, aut re-  
presentative, pro ueris, non fictis peccatis, ueram non ef-  
ficaciam peccatorum remissionem emeruit, uerorum non  
representatiuorum bonorum Pontifex est, per uerum  
non similitudinarium tabernaculum, per uerum item no  
imaginarium sanguinem ingressus est semel in Sancta,  
uerans & non similitudinariam redemptionem, & uitans  
repperit & attulit. Deniq; ut summatim dicam, ueros  
non histrionicos & representatorios discipulos agnoscat,  
suae enim mortis in nobis non externam representatio-  
nem in ueste & gestu tantum sine cruciatus, sed internam  
& ueram imitationem qua uetus homo crucifigitur, exis-  
tit. Non representatorijs illis gestibus & ritibus, quos tu  
depredicas non crucifigitur concupiscentia, & possunt  
haec hypocritice geri per impios, in quibus nulla est poe-  
nitentia, nulla penitus dominice mortis uel memoria uel  
imitatio. Christus itaq; uerus redemptor, uera morte,  
ueraq; resurrectione nos saluans, omnia uere agit pro  
nostra salute, Et uere non hypocritice a nobis agi, que  
suffit scripturis testibus uoluit.      Audiamus ergo tuum

dem quibus Rex noster cœlestis delectetur triumphis, aut  
qua representatione, num gestu & uestitu sacro, quibus  
passionis Christi qualiscunq; memoria sit sepe absq; adfe-  
ctu? aut imitatione mortis & resurrectionis Christi per  
uerum cruciatum ueramq; mutationem externi hominis?  
Christus ipse (inquit Petrus) semel pro peccatis passus  
fuit iustus pro iustis, 1. Pet. 3: & 4. Christus passus est  
pro nobis in carne, uos quoq; iuxta eandem cogitationem  
armemini, quod qui patiebatur in carne destitit a peccato  
in hoc, ut iam non concupiscentijs hominum, sed uolum-  
tati dei, quod superest in carne tempus uiuat. Sunt ne-  
trus non dicit, apparete mihi scœnicam aliquam repre-  
sentationem passionis dominice, nam hanc agere & im-  
p̄i possunt, sed armemini iuxta eandem cogitationem,  
Ecce cogitationem, non uestem aut gestum, Ergo non ge-  
stu & uestitu, deniq; ritu externo illo delectatur Domi-  
nus, quia haec absq; fide & charitate fieri possunt mera  
hypocrisi, sed uult Dominus nos carnem nostram cruci-  
figere cum concupiscentijs, nō tantum rubea ueste & crua-  
re picta ornari. Et hoc spectat uniuersa scriptura Rom. 6  
Si insititijs facti sumus illi per similitudinem mortis eius,  
nimirū & resurrectionis participes erimus, id scientes, q;  
uetus ille noster homo cū illo crucifixus est, ut aboleretur  
corpus pcti, ut posthac non seruiamus pctō. Hic nō um-  
bratilē representationē, sed rē audio in intimis affectibus,

Ga'at. 6.

grandi hominis mutatione gerendam, non enim dicit, si inducerimus sacram uestem et gesticulati fuerimus ad prescriptum, Resurrectionis participes erimus, non sic itur ad astra sed si in situ facti fuerimus morti eius. O rem acerbam carni, non enim nudis gestibus, sed cruce peragatur, ut eodem cap. habemus. Prebete (inquit) membra uestra iustitiae ad sanctificationem, ne regnet peccatum in mortalium uestro corpore, Item. 2. Corinth. 4. Semper mortificationem Ihesu in corpore circumferimus, semper in mortem tradimur propter Ihesum, ut et uita Ihesu in mortali nostra carne manifestetur, Sic Paulus portat stigmata Christi in corpore suo, Audimus non frigidas gesticulationes cum intentione sacrificandi, sed ueritatem iuxta illud. Quemadmodum est ueritas in Ihesu, deponere ueterem hominem Ephe. 4. Nam si nihil est circumcisio, sed tantum noua creatura in Christo, quid representationem scenicā absq; omni cruciatu tam uechimus immodice? Apostolus nos uocat heredes Dei, sed addit, siquidē simul cum eo partimur, ut & unā cum illo glorificemur. Non dicit, si quis intentione offerendi Christum pro peccatis denuo representationem applicentur. Et. 2. Timoth. 2. Si commortui sumus & conuiuemus, si sufferimus & conregnabimus, Nulla usq; in omnibus scripturis mentio de tua representatione gesticulari & uestimentali, nam uerbum nostrum est uerbum crucis, & Theologia crucis non predicit pictos

triumphos & simulacras representationes, quandoquis  
dem non est doctrina pietatis crucis, & representatoriæ sed  
ueræ, qua uetus in nobis purgatur, & uetus homo ex-  
uitur, nouusque induitur. Faceant igitur a nouo Te-  
stamento representationes tantum externe, iusq; in litteris  
sacris fundatæ et plerumq; hypocriticæ satis datum um-  
bris & representationibus olim in lege. Et scimus ea quæ  
figuraliter ante Christi aduentum ad ueri sacrificij pro  
peccatis & agni Dei immolationem adumbranda fie-  
bant, in passione Dominica semel & uere esse gesta &  
impta, sicut in sua passione Christus dicit scripturas im-  
pletas, qui si quotidie imolaretur, etiam si invisibiliter tan-  
tum, nondum tamen impletæ essent scripturæ, et ob-  
lato Christi esset imperfecta, quod absit, Ita & nos uere  
non representatiue sacrificemus Deo eumq; colamus, &  
crucem ueram non representatoriæ tollamus, non uestes  
alias exuamus, alias induamus tantum, sed exuamus ue-  
terem hominem, induamus nouum, abnegemus nosmet-  
ipso, Christumq; ueri non histrionici imitatores sequa-  
mur, Nam finis precepti est charitas ex corde puro, &  
conscientia bona, & fide non simulata 1. Timoth. 1. Et  
Luc. 9. Si quis uult uenire post me, abneget semet ipsum,  
tollat crucem suam quotidie & sequatur me, Qui enim  
uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Hæc  
nos docuere Christus & Apostoli tanq; uerum Dei cul-  
tum, At que tu apponis, tum sequemur ubi scripturarum  
testimonio, talia esse Christi & Apostolorum uerba &  
facta conuaceris.

Ad Sextum, satis superq; hic responsum est, Tum enī  
credemus Ecclesiam aliqd approbare & posteris tradere  
credendum, cum id scripturis consentaneum ostenderis  
quibus Ecclesia Christi contenta, phariseorū fermentū ex-  
eratuer. Quod autē dicis in Missa non solū pingit aut figu-  
rari opus redēptionis nostræ sed agi, ad tuū stz modum  
specialem respiciens, Respondemus. Christū ipsum per-  
agisse opus redēptionis, nullū alium, coelū & terra dat  
re poterant cuius uires tanto operi parēs essent, preter le-  
sum Christum, non enī nos sumus nostri redēptores, sed  
Christus ipse nos redemit ab omni iniquitate, Tit. 2. per  
Christū, non per Missale opus, habemus redēptionem p  
sang. eius Eph. 1. Ipse unus fuit pretium redēptionis p  
omib; non sacerdos Missans aut opus eius opatum uel  
opus operātis, Et Paulus Rom. 3. Iustificantur autē grā-  
tis p illius gratiam p redēptionē quæ est in Christo Iesu  
quem pposuit Deus reconciliatorem p fidem, interuenie-  
te ipsius sanguine, non dicit per redēptionē quæ est in  
Missa, aut quæ pagitur in Missa. Quomodo igitur pba-  
bis opus redēptionis nostræ in Missa agi? Nū in Missa  
primū redimimur à morte æterna, aut deletur chirogrā-  
phum quod erat contrariū nobis p decretū? Hoc enī est  
opus redēptionis, hominē lapsū redimere à morte, legi tū  
rannidē cōpescere, quod si fit in Missa uestra, qd Christus  
ægit in cruce? quod si Christus, opus illud multo max-  
imū & nulli unq; creaturæ transscribendū, p̄eat & cō-  
summat in cruce, qd honorē creatoris et redēptoris in

Coloſ. 1.

redemptū plasma ingrati transferimus? pater in ipsum  
non in sacerdotes nostros posuit iniquitates nostras, &  
ipse nos saluat, non est nostrum quenq; sa' uare, Ipsius non  
nostro liuore sanati sumus, Non nobis igitur Domine  
non nobis, sed nomini tuo dā gloriam.

Iesai. 53.

1. Pet. 2.

Ad septuā, ubi nobis ignorantie et impietatis nota  
audacter impingis, Quod ignoratiæ crimen obijcis, per  
libenter diffimulamus, modo de scientia humana loqua-  
ris, nam ignorantia in diuinis rebus quippe exitialis, mo-  
dis omnibus fugienda & detestanda est, & si fortasse huc  
sumus progressi, si quid hoc ad rem facit, in seculari eru-  
ditione, ut nihil hactenus tam elaboratum tamq; sublime  
scripscerit Eccius, quod ingenij nostri q̄libet hebetem aci-  
em subterfugerit, Impietatis autem calumnian agnoscere,  
ipsa prohibet pietas, Ideo æquo feres animo, si nihilo  
segniores fuerimus in eluendis maculis, actus es in asper-  
gendas creber. Quare uerba psalmi. 36. in eos iaculator,  
qui ueritatem scripturæ scientes & uolentes prætereunt,  
Nos hanc unam cupidissime querimus, hanc si nobis aut  
reliqueris, aut si quām non habemus dederis, debellat-  
tum est.

Ad Octauū, adseris Sacerdotes Christum Deo patri  
offerre non solum sicut donū dñicæ passionis memoriale  
sed etiā sicut munus Deo acceptissimum quo Deū ualeant  
placare sup offensis, et gratiā eius cū spiritualibus bonis  
reportare, Respondemus. Si Deū ppter petā nostra  
manū iraſci iudicē & nō esse placatū patrem credis?

**Galat. 3.**

Queso Eccī quis p'acabit ipsum? Nam ob'atio Christi  
facta est ī īēmel, ut consentis, que si Deum non p'acauit,  
cum summa humilitate, obedientia & īnocentia ēset or-  
nata, tūn p'acabis ullo pacto? Aut cur non placatus est  
Deus cum semet p'sum ineffabili charitate unigenitus in  
eruce pro peccatoribus reconciliandis uere obulit? &  
iam, ut audio, p'acatur, cum non uere offertur in manu  
sacerdotis, sed ī īēmel facta & oblationis tantum representa-  
tio agitur aut memoria, plus ne potest hominis peccato-  
ris actio citra affectum pietatis tortes frequentata, q' sans  
Etissima Christi passio & summa humiliatio u'q; in mors  
tem, ubi pro nobis factus est maledictum, benedictus Dei  
filius? Hic si collubitu' est, iterū nos st: p'tes uoca qui nibil  
intelligant, et si que tu sentis nullo negotio intelligamus;  
Nos autem st: pites & ad Eccianam lirām tam stupidi as-  
fini, opponemus tuis subtilitatibus rupes scripture impen-  
etrabiles, Iohan, 3. Sic Deus dilexit mundum ut unige-  
nitum daret, 1. Iohan. 4. In hoc apparuit charitas Dei q'  
filium suū unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuas  
mus per eum, In hoc est charitas, non q' nos dilexerimus  
eum, sed q' ipse dilexerit nos, & misit filium suū propiti-  
ationem pro peccatis nostris. Et paulo infra, Ipse prior  
dilexit nos. Hic uiderimus q' Dominus nos praeuenit in es-  
narrabili charitate, ut credentibus nullo pacto licet eum  
etiam iratum ac minacent iudicem imaginari, quem  
iamprimum nostris Missis placare possimus aut debeam-  
us, post q' tam clare docet scripture, quomodo Christus

herb

uerā hostia cum nōs adhuc essēmus inimici Deum placeat,  
rit per quem unum unice charum patri, et nos dilecti sumus Ephe. 1. At ne dicas hūc ab Ecclesia quotidianē aspergili patris sub specie panis ad impetrāndam peccatorum  
ueniam sistendum esse aut ostendendum, Oppono Aposto-  
lum secus loquentem Heb. 9. Apparet nūnc in conspectu  
Dei pro nobis, Et. 1. Iohan. 2. Ipse apud patrem propitiatio est pro peccatis nostris. Nobis certe propter carnem  
torpentibus, creberrime inculcandus & cordibus impris-  
mendus est ac sistendus Christus, nobis inquam represen-  
tationē mortis Christi, aut descriptione per Euangeliū pres-  
dicationem continuam opus est, ne tūq̄ obrepat tantorū  
Christi beneficiorū obliuio, Deo autem patri nulla hu-  
m̄modi actuosa representatione opus est ad refricandam  
mortis dominice memoriam. Tantum enim abest ut uni-  
tate Christi oblationis uigor dignitas ac meritum infinitē  
apud patrem tūq̄ obsolescant, ut propter praeuisam etiā  
non solum exhibtam passionem Christi, omnia bona elec-  
ti à Deo semper acceperint, Ad hæc cuius promptiū  
mortem obedientia, in diebus carnis suæ ante glorificatio-  
nem, tam erat paternis oculis presens ac grata, ut dixerit,  
hic est dilectus filius meus in quo mihi complacitum est,  
Et alibi, illustrauī nomē tuū et rursus illustrabo, Quomo-  
do ea nūnc, cum ad dexteram maiestatis Dei sedet sacer-  
dos æterius, tam non presens ac uiuida esset, ut represen-  
tare eam quotidianē ante faciem patris oporteat ad placan-  
dum Deum offendit. Quia igitur fronte dicemus, nos

iam primum placare Deum nostris Missis! Vbi per hanc  
doctrinam tuam manebit fides in Deum? Aut quis post  
hoc tuto dicet Pater noster qui es in coelis, an non potius  
sic cogitabit, Ego peccator sum indignior quod ut me tanta  
tamq; tremenda iudicis irati maiestas respiciat, quid facis  
an igitur? Conducam Missas pro me ut uel hac retioe pla-  
cetur iratus Deus, & tandem propitus fiat, de ne sic quis  
dem securus erit, nam subit animum Sacerdotis Missantis  
indignitas, quid si Sacerdos peccator est, abominabilis  
Domino, nam uictima impiorum, est Domino abomina-  
tio teste scripture, & nostra omnia eiusmodi sunt, ut uix  
apud indulgentissimum aliquem patrem ferantur, tantum  
abest ut queant iustissimam Dei iram auertere. Quid si  
igitur illius animus est, talis est & oratio, cor eius de pa-  
terna Dei uoluntate erga nos dubitat, & oratio sit absque  
fide, ut haec doctrinia possit hypocritas tristes facere, Chris-  
tianos non item, qui iubentur in Domino gaudere nimie-  
rum iam proprio & fauente, non ad nomen eius expalles-  
scere. Tolle hanc Christianismi securitatem, quid facies ex  
Ecclesia Christi? populum bis legalem, tristem, meros  
phariseos & hypocritas seruiliter omnia facientes, &  
plane Ismahelitas de gratia Dei perpetuo dubitantes, At  
longe secus scripture Ecci docet, Nam quid aliud clamat  
scriptura noui Testamenti, quod Deum propter Christianum  
iam fauere & patrem esse? Cæcissimus sit oportet, qui  
non uidet cor Dei plusq; paternum, sic loquente Paulo,  
Proprio filio suo Deus non pepercit, sed pro nobis emps.

nibus tradidit illum, Qui fieri potest ut non & cum eo  
dem omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, quis ille qui condemnet? Christus est qui mortuus est, immo qui & suscitatus est, qui etiam est ad dextram Dei, qui & intercedit pro nobis, quis nos separabit a dilectione Dei? Num afflictio? num angustia? Et. 1. Corinth. 1. Christus factus fuit nobis a Deo iustitia & redemptio, qui gloriatur in Domino gloriatur. Obscro sunt ista dubitantis adhuc de uoluntate Dei bona erga se? sentit ne Apostolus Deum etiamnum iratum & nostro primum opere placandum? Quid igitur sibi ista uolunt cap. 5. ad Roma. Cominendat suam charitatem erga nos Deus, q. cum essemus adhuc peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit, Nam si cum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filii eius, multomagis reconciliati seruabimur per uitam ipsius, & gloriamur in Deo per Iesum per quem nunc reconciliationem sumus assedit, Audimus reconciliationem factam hic, Et. 2. Corinth. 5. Cur ergo mōdicē fidei homines iram imaginamur Dei aduersus nos? Quo interim ablegabitur alacris ille spiritus adoptionis in nobis, per quem clamamus Abba pater? ubi apparet testimonium spiritus in cordibus nostris, q. simus filii Dei? Si tua sententia subsisteret, omnem illam fidelitatem certitudinem & letissimam securitatem in regno Christi, piarumq. mentium pacem sic auferri necesse est,

ut nos perpetuo trepidemus et spiritu seruitulis, timiditas  
tisq; mera legis opera faciamus, inutilia ad salutem. Nam  
conscientia per hanc doctrinam non Christum sed Mosen  
inspiciens, nunq; non ut nauis inter procellas fluctuabit,  
nec unq; poterit ex animo dicere, Pater noster qui es in  
coelis. Nos itaq; ex scripturis docuimus, constare Christi  
anam fidem haud posse, nisi persuasi simus per Christum  
ablata esse peccata, placatum Deum ut iam sit pater no-  
ster, & nos filii eoque heredes. Ac ne perpetuo in incerto  
iactaremur desperabundi, non ex nostris viribus & me-  
ritis, sed suis operibus pendere salutem Christus uoluit,  
quid enim consolantius est argumento Apostoli Rom. 4.  
Idcirco ex fide datur hereditas, ut secundum gratiam, ut  
firma sit promissio uniuerso semini. En si ex nostris co-  
natibus & operibus esset iustitia, semper maneret conscientia  
anxia, quando enim certa esset de bona uoluntate et  
gratia dei? semper hic aries temptationis grauiissime quate-  
ret conscientiam meticulosam, non satissimè fecisti legi, segnius  
opus illud, minori omnino fide et charitate agisti q; opus  
est, quesisti gloriam hominis non Dei, & hec omnia no-  
stris operibus in carne sic adherent, ut sancti etiam in on-  
ni uita iustum Dei iudicium in omnibus deprecari & ad  
misericordiam ignoscentissimi patris cōfugere cogantur,  
nam beati sunt, non qui ubiq; & in omnibus recte agunt  
& nunq; peccant, nemo enim reperitur tam perfectus in  
hac uita sed quorum remissa sunt iniquitates, & quorum  
acta sunt peccata. At tibi forte presumptuosum uidetur

Si quis ad hunc modum sibi credit per filium Dei iam pri-  
dem placatum esse Deum, scholis tradentibus, hominem  
dubium & incertum esse debere an sit in gratia Dei, nam  
si securitas illa spiritualis in gratia fidei, qua quis nihil dis-  
bitat de fauore dei, persistet, protinus tua opinio de pla-  
cando quotidie per Missas Deo corruet, at si incerti semper  
sumus an faueat Deus, aut sit Deus noster, et nos eius, tunc  
irrequia conscientia iam hoc, unde aliud molietur, & in  
primis Missali sacrificio studebit sibi demereri Dominum, Iesiae. 32.  
ut in timore seruili semper uacillet in omnibus operibus Miche. 4.  
suis, et celebrata in prophetis securitas ueri Israe lis igno-  
rabitur, Nos fidei naturam didicimus longe aliter se habere q̄ illi putarunt, quibus dolet q̄ tantum tribuimus fi-  
dei, nempe iustificationem, pacem conscientiae, & nihil no-  
bonorum, nobis dolet q̄ non possumus uim rei tante ex-  
condigno explicare, non enim Paulus solum, sed & reli-  
qui fideles in periculis satis testati sunt, non se ad modum  
scholarum, de Dei erga nos fauore dubitasse, & numinis  
placationem nouis subinde rationibus quæfuisse. At ne lon-  
gus petamus exempla, unde inconcussa illa magnitudo  
& quasi quedam exageratio q̄ altissima animi, qua A\*  
postolus Christo nixus magno æstu spiritualis letitiae om-  
nibus mundi & Satanæ incurribus insultat dicens, Quis  
intentabit crimina aduersus electos Dei? quis separabit  
nos à dilectione Dei? Num persecutio? num periculum?  
num gladius? nam mihi persuasum habeo (obserua pers-  
uasum habeo) q̄ nego mors neq; uita & c. poterit nos

separare à dilectione Dei ,que est in Christo. Et ne quis  
per reuelationem specialem id priuilegij Apostolo das-  
tum, sed non omnibus fidelibus concessum dicat. Obstat  
idem Apostolus Rom. 5. Iustificati (inquit) ex fide pacem  
habemus erga Deū per Christum, per quem contigit nos-  
bis ut fide perduceremur in gratiam hanc in qua stamus  
& gloriamur sub spe gloriæ Dei, nec id solum , uerum  
etiam gloriamur super afflictionibus, scientes q, afflictio-  
patientiam pariat, patientia probationem, probatio spem  
spes non pudebit, q, dilectio Dei effusa sit in cordibus  
nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hec  
Apostolus de omnibus iustificatis loquitur , in quibus si-  
des præstat, ut pacata conscientia singulariter in spe ha-  
bitent , hoc est securi & confidentes sint de salute sua in  
misericordia Dei, non ut ignavi præsumant , & in bono  
cessent, Et hac pace interna fit ut iam alacres & contens-  
ti Dominum bene uelle & placatum esse, in afflictioni-  
bus pro ueritate glorièt, quas alioqui natura sui amans  
sic exhorret, ut in summis malis ducat. Ita enim Apostoli  
cœsi gaudentes ibant à conspectu concilij, q, digni habiti-  
essent, qui pro nomine Christi contumelia afficerentur. Et  
Paulus. 2. Cor. 4. In omnibus (inquit) premimur , at non  
anxij reddimur, Vnde hoc robur animo natura persecu-  
tiones refugienti ? proculdubio à fide quæ non sinit ani-  
mos uacillare spe incerta, sed confirmat nos ut etiam in  
tribulationibus leto & seculo animo simus , Magnares  
est credere nostram iustitiam esse Christum, que non pat-

titur ut in ambiguo nutantes, nouis quoddam oblationibus conatur placare iratum Deum. Et scire percupio num putas hac meticulosa opinione quoddam necessario placandi iterū Dei, fuisse Iohannē, cū dicaret. Nos scimus q̄ à morte ad uitam sumus translati, quia diligimus fratres. 1. Iohan. 4. Ex hoc cognoscimus q̄ in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et 1. Iohan. 5. Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso. Ut taceam que Paulus de arra spiritus in corib⁹ credentium scripsit, Quāmuis si uestram etiam doctrinam propius inspiceritis, nonnihil occurrat quotidianae uestre placationi contrariū, nam & os uestrum fatetur, non hypocritice sed uere semper dicendum, Credo remissionem peccatorum, nimurum per sufficientissimum Christi sacrificium, Iam si peccata credo mihi remissa, unica Christi hostia eōq; placatum Deum, quid aliam molior placationem?

Sed dicas hac ratione Baptismo, poenitentia & operibus bonis non foret opus, cum possim similiter argumentari, Deus est nobis placatus morte filij, sufficientissima est una oblatio eius in cruce, in remissiōem omnium peccatorum, nihil ergo addendum, ut iniuria fiat passioni eius, si Baptismum existimem Christiano necessariū, aut poenitentiam aut legem. Satis itaq; foret credere remissiōne pectorum, & iusti essemus, nec ulla ratio habēda esset Baptismi legis et poenitētiae, imo si satis est, Christū p̄ nos passum, & ita patrem placatum, quid fide opus est?

Ephe. 1.

2. Cor. 1.

Obiectio

**¶** si ihs nihilominus opus est ut bona parta participemus,  
eadem ratione Missæ sacrificium , participande pas-  
sionis medium admittetur. Respondemus. Media quia  
bus Christi merita uelut distribuuntur non reiçimus, mo-  
do ex scripturis statuantur, at ab hominibus addita negli-  
gimus, scientes multa esse in scripturis Christiano necessa-  
ria, at ratioe impari, uelut Precepta quæ sancta sunt, ius-  
ta et bona ac necessaria i primis ad agnoscendū peccati,

**Rom. 7. 3.** **1. Co. 15.** **Galat. 3.** lex enim est agnitus peccati, data ut abundet delictū, est  
uirtus peccati, & pedagogus ad Christum, & quis ut nō  
necessarium respueret, quod docuit Dominus qui loqui-

**Iesai. 48.** tur apud prophetam, Ego Dominus deus tuus docens te  
utilia, utinam attendisses ad mandata mea, et facta fuisset  
sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris,  
at nemo ob id recte dixerit ad iustificationem esse necessa-  
riam legem, quasi ea iustificetur impius, Lex enim tametsi

**Mar. 1.** **Ephe. 4.** **Coloss. 3.** **1 Cor. 15** bona sit, nō tamen iustificat. Ita necessarius est Baptismus  
quia à Deo institutus in signum poenitentia, non ut eo  
iustificeris, de signo loquor, Necessaria item poenitentia,  
exuendus est enim uetus homo, & ad imaginem coelestis  
Adam sumus reformandi, aut Christus nos non agnoscat,  
si quis tamen sua contritione aut poenitentia pro peccatis

satisfacere niteretur, impius esset & Christum negaret.  
Deniq; opera bona sunt necessaria, utpote à Deo pre-  
cepta, qui uult ut in nobis uetus statem expurgemus, &  
fratres non uerbo tantum aut lingua, sed opere & uerio-

**¶ I. John. 3** tur diligamus, & his operibus in sententia extremi iudicij

et uelut fructibus Deus discernet pios ab impiis, oues  
ab hedis, Neq; tamen ferendus est qui opera ut iustificati= Matt. 28.  
onis principia iactauerit, quasi impius iustificetur ex ope  
ribus, cum nisi iustus sit, iuste & bene operari non possit.  
De passione autem Domini & fide secus iudicandum est,  
Passio enim Domini sic est necessaria ad placandum De=  
um & iustificandum impios, ut nisi illa esset, nec Baptis=

mus quicq; efficeret, nec fides, poenitentia aut omnino bo=

num opus ullum esset. Breuiter absq; oblatio ein cruce fa=

cta per mediatorem nostrum, nulla nobis gratia esset &  
salus. Iam placatus pater per filium fauet, quo fit ut spi= Ephe. 1.

ritum suum emittat in corda eorum pro quibus Christus Galat. 4.

perlitauit, Spiritus sanctus quia lux est, tenebras impieta=

tis expellit, & quia ignis est, charitate corda accendit, il=

luminat cognitione sui & Dei cæcum peccatorem, cor

purgat & reliquias peccati mortificat in carne, ut passio

Christi uelut inexhaustus ille fons sit, unde nobis bonum

omne promanat, fauor Dei patris, donum spiritus sancti

fides, charitas, spes, uera poenitentia & reliqui boni fru= 1. Cor. 1.

ctus. Ideo Apostolus Christum dicit esse mortuum propter

peccata nostra, nimirum ut ea tolleret, & nos patri re=

conciliaret, quandoquidem Deus erat in Christo, mundū

reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua, Audi re=

conciliationem factam per passionem Christi, & non im=

putationem peccatorum, cum interim tuum illud mediū Roma. 3.

Missale nusq; audiatur, Fides autem adeo est ad iustificati= Iohann. 8.

onem necessaria, ut absq; ea nemo iustificetur, nam qui in

Iohann. 3.

Christum non credit, moritur in peccatis suis, ira Dei manet super eum, ubi autem gratiam et salutem signis Sacramentalibus, more loquendi quorundam, alligavit Deus, scire percupio, ut longe alia ratio sit, quantum ad necessitatem, quam pretendis, attinet de fide quam de Baptismo et alijs, ut sine qua Christum nemo possit recipere, quem cum Christus certo recipitur, cum Sacramentalibus signis non semper recipiatur certo, nam quotquot cum receperint, dedit eis ut liceret eis filios Dei fieri, his qui credunt in nomen ipsius Iohan. 1. Non dicit his omnibus qui sacramenta perceperint, cum illi possint esse hypothesae absq; fide Christi, ut fides plane necessaria sit ex uero verbo Dei, Sacramenta necessaria quidem, at longe alia ratione de signis loquor, Nam sola fides iustificat, non iustificat sacramentum, Baptismum, Eucharistiam, poenitentiam, bona opera scripturæ docent, singulorum officia cuiusmodi sunt et quo tendant, tradunt, At Missam non tradunt, tanq; oblationem nouā Christi, qua iam primū iratus Deus sit placandus, et merita Christi distribuantur circumstantibus, que parta quidem sunt in cruce, at uerbo Domini et Sacramentis fide receptis, quotidie distribuuntur, nec est cur mox offendaris, cum solam fidem dicimus iustificare, Quando haec loquendi ratio, non sit a Luthero profecta, sed veteribus consueta, quos nec tu contemnis, Sic enim Ambrosius. 1. Corinth. 1. ait, Gratia sic data est in Christo Iesu, quia hoc constitutum est a Deo, ut qui credit in Christum, saluus sit sine opere, Sola

fide gratis accipiens remissionem peccatorum, loquitur  
uir sanctus de uera fide in Christum quæ non torpescit  
ut in Galatis cap. 5. his uerbis testatur. Sola fides opus  
est in charitate ad iustificationem, Idem in Galat. cap. 3.  
Abraham dicit sola fide iustificatum, Et in prefatio-  
ne Epistole ad Galat. Sola (inquit) fides sufficit ad salu-  
tem abbreviata ex lege. Idem docuit Sedulius ad Roma.  
3. Ad iustificandum (inquit) sola fides sufficit, Et cap. 4  
Conuertentem impium per solam fidem iustificat Deus,  
non per opera bona. Ad Roma. 9. Sola fides proposita  
est ad salutem. Et ad Galat. 3. Sola fide saluantur creden-  
tes. Si dicis sola opera cæmoniarum hoc loco excludi,  
opera decalogi iustificare, Obstabit Apostolus ad Rom.  
3. Lex agnitus peccati, obstabit Augustinus inno et Tho-  
mas tuus, qui ex nullius legis operibus docet iustificari  
hominem, sed fide per gratiam, Non igitur soli Lutheran-  
i sunt Theologi solarij ut uides, Interim non ignoramus  
& patrem & filium & spiritum sanctum iustificare, ut  
iustificationis, quemadmodum Gorra tuus concludit,  
causa efficiens sit Deus, Formalis, fides, Materialis in  
qua homo finalis, Gloria.

At rursum

(inquiet) credo remissionem peccatorum, sed preteritorū,  
ego autē nouis subinde peccatis Deū exaspero, dubito igitur  
an & mea hæc peccata sint remissa, Ergo qui ita sentis, non=  
dum credis Euāgeliō, nō tantū alijs sed et tibi predicato,  
et oīm peccatorum remissionem nuncianti, Nonne Christus

Obiectio :

¶ pro ijs peccatis que hodie perpetras satiſſacit? cui  
vum satisfactionis Christi sic extenuamus, ut p pctis uniu-  
erſus tantum ſeculi tu ſatiſfactum ¶ placatum eſſe Deum  
credamus, non autem placatum pro peccatis iam factis?  
**Iere. 31.** Si autem credis, ea ipſa tibi remiſſa propter Christum, ut  
**Heb. 8.** iam Deus, eorum ex priuilegio noui foederis non recor-  
detur amplius, multa porro bona fides haec aget, pie iuſte  
ſobrieq; uiuet in hoc ſeculo, At non conabitur fidelis ſuo  
a iquo ope Missali, aut noua oblatioē remiſſionem pctō  
rum parare, id eſt placare Deum, ut ſic incerta ſemper et  
**Dif. 23.** dubia conſcientia titubet. Siquidem certiores nos fides ſie-  
tertij art. cit, q̄ ut ſic perpetuo ſit contremiſcendum ¶ herendū,  
7. q. 4. An haec ſunt obscura? Neq; tamē opus eſt (ut Bonauens  
turæ uerbis utar) hanc ueritatem catholicam remiſſi pec-  
cati ¶ placati Dei, me cognoscere certitudine ſpeculatio-  
ni uel euidentiæ, ut quam nullus ſyllogismus Epiftmo-  
nicus concludēdo euicerit, refragante fidei ratioē. Egres  
gie hoc ipsum certitudo adhesionis efficit, fidei catholicæ  
propria, qua ratione nihil ueat, maiorem eſſe certitudi-  
nem in fide noſtra, q̄ in habitu ſcientiæ, quandoquidem  
uis fidei non ſimulatæ credentem firmius facit adberere  
ueritati creditæ, q̄ ſcientia ſyllogiſmis collecta, rei ſcita,  
niſi putes Euclidem pro coniunctione aliqua geometrica  
haec poſſe ob rei euidentiam perferre alaci animo, que  
**Dif. 34. q.** robore Christianæ fidei inconcuſſo Stephanus pertulit. P  
· 3. quarti, hac ueritate credita Ieſus eſt Christus, perfectio legis ad  
iustificationem omni credenti, aut ſiſtat fixum animum

Scotus tuus qui adserit, et quae per fidem agnoscuntur,  
certus cognosci, q̄ que per lumen naturale apprehendit. Acto. 4.  
mus. At per fidem cognoscitur peccata nostra per unius Rom. 1. ea  
can Christi oblationem in cruce expiata, quae certitudo  
fidei non sinet me peccatorum expiationem noua obla-  
tione querere.

## RESPONSI O AD CAPVT Undecimum.

**C**apite Undecimo copiose probas ex uet. Testa-  
mento, Sacrificia legis non in hoc olim à Deo in-  
stituta, ut durarent semper, sed usq; ad perfectissimum sa-  
crificium, in quo terminarentur omnia, et preceauisse  
corporalibus hisce victimis Dominum, ne ad Eidolola-  
triam populus prolaberetur, citas Iesa. cap. 1. & ult.  
Amos. 5. Iohelis. 1. Psal. 49. et. 39. Heb. 10. que omnia  
ne tantillū quidem nostram assertionē labefactarunt, Cū  
et ipsi (ut olim Ireneus) dicamus, Dominum populo suo  
olim tabernaculi factionem, edificationem templi, Leu-  
tarum electionem, sacrificia quoq; et oblationes et mo-  
nitiones, et reliquam omnem legis statuisse deseruitonē,  
et tñ ipse nullius horū est indigens, est enī semper ple-  
nus omnibus bonis, omnemq; odorem suavitatis, et omnes  
sueue olentū uaporationes habens in se, etiam anteq; Mo-  
ses esset, facilem autem ad Eidola reuerti populum erudi-  
that per multas aduocationes, preservans eos perserue-

Ireneus 6.

4. cap. 28

con. Valens

ti. et similes

les.

rare & seruire Deo per ea quæ erant secunda, ad prima  
aduocans, hoc est per typica ad uera, & per temporalia  
ad æterna, & per carnalia ad spiritualia, & per terrena  
ad cœlestia.

Quod autem addis legalia esse finita per sacramenta  
Eucharistie, tua regula tractatum, cum paulo ante de sa-  
crificijs in Christum respicientibus loquaris. Ingenue rei-  
cimus, cum tuo quoq; testimonio, illa omnia in sacrificio  
perfectissimo esse finita uideamus, quod nemine in di-  
uersum abeunte, oblatio est in cruce facta, locum Iesaiæ  
ult. allegas, cum nihil officiat nostræ doctrine, inquit cum  
Dominus non paciatur figuram, presente iam ueritate,  
quomodo feret iterationem uestram sacrificij expiatorij,  
post completā semel mundationē? Caveant ergo q; pte  
et contra uerbū dei iterare præsumunt, quod nulli pro-  
sus iteratione eget, nec et ipsos propheta his uerbis car-  
pat, nam si pro alijs mundandis conamur liture, ipsi inten-  
rim odio in fratres homicidæ, mordacitate canes, & im-  
munditijs sues, non minus abominabiles erimus Domini  
q; Iudæi qui presente ueritate umbras se extantur. Nec Ies-  
lis uaticinium nos premut, nam propheta uastationem ter-  
ræ, penuriam rerum, famemq; horrendam uaticinatur,  
ex qua & uerbi Dei famem longe periculosiorē pre-  
nuntiat, locustarum enim multitudine uel hostium, ter-  
renascentia & reliqua sic uastata erant & consumptā,  
ut à domo Domini, hoc est templo Ierosolymitano per-  
mittat sacrificium & libatio, animalibus, frumento, uino &

oleo consumptis, at cum prescriptus à Dño cultus diuinus ob eam penuriam negligeretur, sacerdotes quibus id numeris erat, ut in domo Domini sacrificarent, luxerūt, ut pote dolentissime ferentes diuini cultus interitum, cum nec sacrificia nec libamenta rite liceret celebrare, maxime quia et decimae quas accipere consuecerant, nequaquam oblatæ sunt, cum regio iam depopulata fuisset et luxerit humus. Hec Israeli iuxta carnem accidisse non dubitamus. At ueris Israëlitis Ecclesiae Christi, non abs militia, immo terribilia mala per hæc prænuntiantur, nempe uerbi famæ, ut iure optimo sacerdotes, id est ueri fideles, de omni Dei œconomi et ministri lugeantur, atque hoc tempore conquiri possint merito. Per istum sacrificium et libatio, de domino Domini, hoc est uera oblatio, quam requirit Dominus, non apparata iuxta proprias intentiones, sed uerbis Dei, adeo nihil reliquerunt non uiciatum in regione nostra Erucæ, locusta, brucus et rubigo.

Hæc autem tu ad sacrificium panis et uini ac sacerdotes Missantes, quasi iam æruginosi sint, refers, eosque latitare dicis qua tua glossa fit, ut uos qui iam Missatis per hanc prophetiam non possitis intelligi. Non enī latitatis preullo metu persecutionis grassantis, sed ubique tuto et absque parvore securi obambulatis, brachio seculari fidentes, quo nobis itinera, urbes et omnia fiunt tutissima, enī interim nos, in quos eeu Antichristianos illud propheticū torsisti egre intra urbium mœnia in tuo consistamus, erit nusque non impetratur, aut insidijs aut aperta ui aduerteran orum.

Tum in expositione psalmi .49. per sacrificium latet  
intelligi uis Eucharistiam panem & uinum Domini , adeo  
passim tibi in scripturis occurrit , quicquid instituto tuo  
conducibile fuerit , At si recte sentis , ipse etiam David in  
lege obtulit hoc sacrificium Eucharistiae , cum diceret psal.  
= 7 , Immolabo hostiam laudis & iubilationis . Atque scripsit  
mus Davidem per hoc sacrificium non innuisse Eucha-  
ristiae sacramentum , sed laudem & gratiarum actionem  
contriti cordis , quod & suam misericordiam & Dei bonitatem  
gratuita saluantis agnoscit & confitetur , atq; illa in cena  
Domini & extra eam per fideles ubiq; & semper fieri  
potest & debet , Nam semper debemus agnoscere Deum  
esse Deum nostrum , nomen eius sanctificare in omnibus ,  
iuxta duo prima precepta quibus corde creditur ad infi-  
tiam , & ore confessio fit ad salutem , Siue enim prospera  
sive aduersa ingruant , gratias agere & laudare nomen  
Domini omnia sapienter & optime disponentis Christi  
stiani debemus .

Tandem uerba psalmi . 39. prolixa interpretatione  
pertractas , huc tandem eluctans ut intelligamus , quod  
breuiter dixit Paulus , Deus auferat primum ut sequens  
statuat , In hoc uerbo STATVAT tuo iudicio triumpfas ,  
quasi uno impetu omnes hereticos prostraueris , atq; ita  
ponderas Textum .

Apostolus dixit ST Atuat , ergo in nouo Testamento  
oportet esse sacrificium quoddam stabile , quod semper sis  
at , si sacrificium noui Testamenti momentanei fuisset  
consummatum .

consummatum, & desijisset cum morte Christi, Ergo sa-  
crificium illud non esset stabile, & Christus non esset sa-  
cerdos in eternum, sed solum fuisse sacerdos in cruce,  
Hac tua sunt.

Nos autem Ecciano Eloogo heretici ter maximi, quia  
demos hunc textum sic esse abs te tractatum, ut quorum  
assertioni ex hac tua glossa haud mediocre robur accesser-  
it, Nam ut stabilitas expiatorij sacrificij in nouo Testa-  
mento exprimeretur, ait Apostolus, In qua uoluntate san-  
tificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel  
(hic tu nihil addis, sed Paulus addit) peractam, An non  
firma tibi uidetur oblatio quae semel sanctificat & perfic-  
tit? Verum tu clarissime luci in aduerbio SEMEL que-  
forte oculos tuos praestinxit, haec nebulam conaris offun-  
dere. Si (dis)sacrificium noui Testamenti fuissest mo-  
mentaneum consummatum cum passione, non esset stabile.  
Respondeo sacrificium illud semel quidem est peractum  
& consummatum, uis autem eius & efficacia non desij-  
at defecit, sed etiamnum & semper uiuacissime durat,  
Ergo stabile est, semel enim rem omninem perfecit, atq; ita  
perfecit ut reiteratio nihil fuerit opus, cum ueteris legis  
sacrificio testante Paulo reiterarentur, nimirumque essent  
imperfecta & instabilia, que & conscientia fluxam lap-  
santereq; sistere non poterant. Ad quem modum si sacri-  
ficium Christi in cruce suo unico offerendi actu, rem non  
perfecisset, ob quam siebat, certe reiterandum fuissest, atq;  
ob id tum uere potuisset dici instabile & Christus, tam

Heb. 10.

M

instabilis sacrificij sacerdos, non meruiſſet appellationem  
æterni sacerdotis, quia similiſ eſſet Leuiticis sacerdotibus  
ſemper ſacrificantibus, & nunq ad ueram ſacrificij rancor  
nem peruenientibus, hoc eſt ablationem peccatorum, At  
qui q. idem maneat in æternum, perpetuum habet ſac-  
cerdotium ait Aþoſtolum, ut obiter uideas æternitatem ſac-  
cerdotij eius, non argui ex aſſiduo offerendi actu, ſed per  
manentia ſtabili & immarcessibili uirtute oblationis ſemel  
factæ, nam ſemper uiuens eſt ad hoc ut interpellat pro  
nobis Hebræ. 7. præuiderat hoc olim ſp. r. tu propheticō  
Secharia cum de lapide uno. 7. oculorū uaticinareto  
Ecce (inquit) ego aperio aperitionem eius, dixit Dominus  
exercitum, Et delebo iniqutitatem terræ, ipsam DIE V.  
NO, Sacerdotium uetus que rebat remiſſionem peccato-  
rum quottidie & quottannis iteratis oblationibus, uerum  
hic lapis unus nimurum electus & preciosus ſui aperio  
& ſculptura in die paſſonis tantum propiciatione in &  
remiſſionem peccatorum attulit, ut pro omnibus mundi  
peccatis abunde ſufficiat, nec opus erit quottidie pro no-  
uis peccatis, nouam remiſſionem querere, Nam uno die  
totius mundi iniqutitas ablata eſt per ſanguinem precio-  
sum Christi, quando miles lancea latus Dñi aperuit.

Quare non urget argumentum, ſemel quidem ſe in  
cruce obtulit Christus, & cruenta eius uictima eſt con-  
ſummatæ tempore mortis, ſed ſi non offert quottidie, aut  
non iteratur quottidie in nouo Testamento oblatione  
ſacrificij in cruce facta, ſequitur Christum non eſſe faci-

totem in eternum, Continuitas enim offerendi, si quam  
perfectionem haberet & stabilitatem, Sacerdotes veteris  
legis, stabiles atq; perfecti fuissent ut qui quotidie sacri-  
ficia reiterarint. Christus itaq; ut recte admodum  
scripsit Chrysostomus, quantum ad officij executionem  
attinet, sacerdos factus est quando carnem suscepit, quan-  
do sacrificium obtulit. Et cum exponeret uerba Aposto-  
li, primum afferit ut sequens statuat, Vna est (inquit) ista  
hostia, ille autem multæ sunt, propterea nec fortes erant,  
qua multæ, quid autem opus erat multis, dic mihi, una  
sufficiente? Proinde q; multæ & semper offerebantur,  
ostendit nunq; eos purgari, sicut enim medicamentū quā-  
do fuerit forte & salutis efficax, & ualeus cunctam ua-  
letudinem repellere semel impositum totum operatur, si  
ergo semel impositum totum operatum fuerit, ostendit  
suam uirtutem ut non ulterius apponatur, & hoc est eius  
opus, ut iam non apponatur. Si uero semper apponitur,  
manifestum indicium est, nihil illud præualuisse, medica-  
menti quippe illa uirtus est, ut semel imponatur et nō fre-  
quenter, sic etiam hic, qua ratione eisdem sacrificijs sem-  
per curabantur, si enim ab omnibus essent liberati pecca-  
tis, nequaq; per singulos dies offerrētur sacrificia. Etenim  
transe deficita ut semper offerrentur pro omni populo, et  
in uestra & in die. Prominde accusatio peccatorum fuit,  
non sol uno, quia fiebat accusatio infirmitatis, non uirtu-  
tis ostensio. Et quoniam prima hostia nihil ualebat,

etiam secunda offerebatur, quia etiam ipsa nihil proficiet  
bat, altera item, proinde redargutio peccatorum ihud  
est, in eo enim quod offerebantur, redargutio peccatorum,  
in eo autem quod semper redargutio infirmitatis, in Chri-  
sto autem econtrario semel oblata, &c.

Super hæc, inter generalia sacrificiorum nomina, res-  
censes Missah, quod cur audeas, mirari satis nequum, נָא  
in Byblijs, quod quidem ego sciam non legisti מִסְחָה  
sacrificio accipi, certe R. Izhac Nathan nihil tale docet;  
Nam quod in Deut. cap. 16. legimus מִסְחָה נָרְבָת  
nemo hebraice doctus propriæ sacrificium intelligit sed  
donum spontaneum primitiarum, & ubi Latinus inter-  
pres legit, oblationem spontaneam manus tue quam offero,  
hebreus legit נָרְבָת יְהֹוָה אֲשֶׁר מִסְחָה  
Hebrei primitias intelligunt, quas sponte sacerdotibus ad  
festum Pentecostes, ut censum annum populus afferre  
iubebatur, eaque oblatione uel exhibitione primitiarum,  
coram Deo confitebatur se hosce fructus, eamque terram &  
Domino accepisse, neque protinus sacrificium recte infer-  
tur, ubi oblatione alicuius rei legerimus, quemadmodum hic  
primitias adferebant uel offerebant Iudei sacerdotibus,  
non autem sacrificabant, Verum esto λειτουργία & recte  
sortiatur, hanc appellationem מִסְחָה מִזְבֵּחַ significat  
sacrificium ut ex Capnione colligis, nondum tamen et  
uicisti Eucharistiam nostram esse sacrificium pro peccat-  
tis uiuorum & mortuorum, Quæ iam saerifiorum spe-  
cialia nomina enumeras cum corum rationibus, non im-

pugnant adassertionem nostram, sed adiuuant, nam & nos  
sicut merito, ita libenter bona omnia unico Christi sacrificio transscribinus, haec una hostia odoris uisifici uere pacificare expiatoria est, cuius gratiam & gloriam cum tu ad Missale officium transfers, principium petis & elum=bi consequentia simplici lectori imponis, cum apertissima Pauli uerba ad Hebreos, et si miris glossis sursum ac deorsum omnia uerbes, eludi non possint. Cum autem non sat habeas q. libro primo Apostolum a nobis statuimus, in tua sententiam uel inuitum, & nihil tale cogitantem pertraxisti, sed etiam libro de Missa tertio, nouam disputationem per uerba Apostoli contra haereticos instituis, ut intermes scilicet ac inexercitati ad pugnam Tyrones uel uisis tot copijs tuis, ante iustum conflictum expauefacti, se dedant hosti inuicto, Visum est nobis hic uelut in trascursu ad ea respondere, que tibi plusq; diuina uidentur, ne & nos in uali librorum congerie lectorem obtundamus.

In tertio igitur libro, quem ad confutandas haereticorum rationes conscripsisti, protinus ab initio huc titulum pre=scribis cap. 1. Paulum in Epistola ad Heb. non improbas re sacrificium Missæ, Hic primo uerba Apostoli enumera=tas in quibus dicit, Semel factam oblationem. Dein haereticos ait lacerare scripturas, postremo fings ignorantiam Aequiuocationis insani erroris occasionem nobis fuisse, & oblationem Christi duplicem statuis, unam corporalem et realem in cruce, Alteram Sacramentalem in mysterio, qua Christum putas offerri a sponsa sua patri, non

ut moriatur , nec solum meditatione quadam deuota , sed  
per representationem solemniem ueri corporis & sanguis  
Christi sub uelo sacramenti , quibus premissis ad eos  
pum properas , concludens , Christum semel tantum esse  
oblatum in cruce ut victimam , sed nihilominus quotidiane  
offerri ab Ecclesia Deo tanq; oblationem mundanam sub  
sacramento , idq; putas à prophetis in hunc modum olim  
esse prædictum Respondemus , Verba Apostoli ad  
Hebreos libenter audimus , quæ abs te enumerata , pro-  
culdubio in uarias cogitationes animum tuum distraxe-  
runt , quippe apertiora , quām que artifici Sophistarum  
manu in plures formas transmutari queant . Quid autē  
secundo loco , scripturæ laceratores nos uocas , tuo more  
impetuosis auspicio pugnam , ut ad primū hostis affre-  
ctum imbellis turba hæreticorū exanimata mox fuga sibi  
forsulat . At nos solo clamore tuo non tam facile è statione  
turbabimur . Exere gladium spiritus sancti cuius unius  
fulgore terribis hostem . Tu aīs , hæretici lacerans scripturas  
qui hoc unum agant summo studio , ne scripturam in aliis  
enum sensum deflecti à quoq; paciantur . Ad hec de-  
syderas in nobis Aequiuocorum noticiam , existimans  
nos ne à limine quidem salutasse categorias Aristotelis ,  
adeo facile est contemnere hostem , at uincere non item .  
Aequiuocationes Eccius in tradenda liberali aliquis scri-  
entia non admittit , ne mens incertis fallatur , et scrip-  
turis eas inuichere non dubitat , quæ nisi certe sint stabili-  
q; sententia , ne scripturæ quidem sunt , quare Aequiu-

Vocationes scripturis ad hūc modū obtrudere, est ex certis  
incertas facere, et omnē cōscientijs consolationē ad mere  
Nam ubi semel persuaseris, cum uerba scripturæ aperta  
et simplicia uidemus, subesse Aequiuocationem, ex scr. p= =  
turis chaos opinionū feceris. Non igitur Aequiuoca sed  
uniuoca & simplex sit oportet, doctrina, quæ consci-  
entij ad fidem & securitatem data est. Porro distin-  
ctionem tuam de oblatione Christi corporali & sacramē-  
tali audio atq; intelligo, sed per uerba scripturæ, in qua  
si usq; sacramentalis aliqua in mysterio oblatio Christi re= =  
pertur, ad tuum loquendi modum instituta, terga dabi= =  
mus. Sed hic cerne quis laceret scripturas, Nos sim= =  
plicitate scripturæ contenti, unam nouimus Christi pro= =  
nobis oblationem semel factam, at fructus perpetuos fe= =  
rentem, & hoc docet scriptura, Tu aliam quandam obla= =  
tionem communisceris, quæ testimonium in scripturis  
nullum habet, nam quæ tu ex propheticis oraculis huc  
torsifli, uel ad Christum in cruce oblatum, uel ad spiritua= =  
les Ecclesiæ victimas referenda sunt, ut ostendimus. Eu= =  
sebius autem Emissenus, si per Mysterium intelligit inui= =  
sibilem aliquam & iteratā Christi oblationem, p p̄cūs cō= =  
tra Paulū, in oī spiritū sanctū p̄nuntiat, Sed uerba eius, p= =  
pius inspecta tuo instituto minus quadrat, Nā iugiter coli= =  
tur p mysteriū quod semel offerebatur in preciū, quoties  
pij oblationē semel in cruce factā in sumptōe sacramēta= =  
li Eucharistie dūicē passiōis memoriali, non solum frig= =  
de cogitant, sed precium redēptionis uere agnoscēto,

gratias agunt pro beneficio saluificæ mortis, ac enituntur  
1. Tim. 2. ad Christi imitationem ne mortui peccato, post hac uiuere  
Roma. 6. in eodem uelle videantur.

Nunc ad conclusionem tuam respondendum, qua pu-  
tas te irrefragabiliter ostendisse, preter oblationem uicti-  
mæ in cruce, aliam esse quotidiana in Ecclesia qua Chris-  
tus offeratur denuo Deo patri. Scriptura prima oblati-  
onis facit mentionem, qua una hactenus nitmur, quid au-  
tem aliud ageremus q̄ quod agimus? Petrus iubet ocu-  
los in scripturam sanctam ut lucernam intendere, donec  
2. Pet. 1. dies illucescat. & lucifer exoriatur in cordibus nostris.  
3. Tim. 3. Paulus docet scripturas esse, que nos ad salutem erudiāt,  
Ergo satis credimus ad salutem, si que scriptura tradit,  
credimus Christus oblatus est semel in cruce uictima pro  
peccatis nostris, Hoc & fatemur & gratias agimus Re-  
demptori, huic deniq; oblationi unicæ salutem nostram  
ferimus acceptam. Quòd autem, post admissam obla-  
tionem uictimæ semel factam addis, illo nō obstante, Chris-  
tus tanq; oblatio mūda quotidie offertur ab Ecclesia sub  
Sacramento. Respondemus, Imo maxime obstat uni-  
ca oblatio in cruce, quo minus alia pro peccatis admittas  
tur iuxta tuum dogma, & ita obstat ut aliam agnoscere  
sana conscientia non possimus, Aliam uoco, quia et tu alia  
am uocas in distinctione tua, & certe non potest dici ea-  
dem, et si res oblatæ sit eadem, cum prima oblatio crus-  
enta mortem habuerit inseparabiliter coniunctum, secun-  
da non habeat.

Nec subsistit ratiocinatio, Christus est sacerdos secundum ordinem Malcizedec in æternum. Ergo oblationem iuxta officium suum perpetuam habeat, oportet, quæ duret semper, lege durante qualem doces esse sacrificatio- nem qua Christus quotidianie in Missa offertur, quia reite- rare oblationem, imperfectionis argumentum est minime fallax, id quod clare docet Epistola ad Heb. Ideo sacerdo- tio Christi perfectissimo & sufficientissimo eius sacrificio penitus non conuenit. Decet autem cum ipse æternus sit Sacerdos, legalia omnia uelut imperfecta finiens & im- plens, ut una oblatione semel perficiat quod reiteratis to- ties sacrificijs lex præstare non poterat. Sacerdos itaq; æternus est Christus & oblatio æterna, non in actu, nam hoc imperfectionis esset, sed in uigore, quod Apostolus sentit, cum inquit, Illi quidem plures facti fuerunt sacer- dotes, propterea q; per mortem non sinerentur permane- re. At hic q; idem maneat in æternum, perpetuum habet sacerdotium, unde & saluos facere ad plenū potest, qui per ipsum adeunt deū, semper uiuens ad hoc ut interpellat p illis. Audimus hic æternum sacerdotem, perpetuum sacer- dotium, & plenam inde salutem, at non audimus reitera- tum quotidianie in terris pro peccato sacrificium in myste- rio. Quid igitur? Nam id fæcit semel ait Apostolus cū semetipsum obtulit. Hic habes sacerdotis officium & ob- lationem, nō multas sed unam, tantæ tñ efficacitæ, ut p eā eterna redemptio sit reperta, Heb. 9. ad cuius merita Ec- clesiæ distribuenda, scriptura nusq; docet Missale sacrificiis esse necessarium.

Sed & hoc iucundum est, q̄ post distinctionem tuam  
mirabilem, hæreticis tanq̄ truncis nihil omnino aequo-  
corū sentiēt bus in' u'ras et clamas, Heretici fallentur dū  
Paulum loquentē de immolatione morientis in cruce, sor-  
quent contra imolatiōem mysticam in Missa. Heus Eccī!  
Est ne hoc, falli, cū simpl. citate scripturæ manere? que cū  
non sit priuatæ interpretatiōis, suspecta nobis est additio  
tua uerius q̄ expositio, ubi dicens, Prima Christi oblatio fā-  
cta est in corpore uisibili, Secūda in inuisibili. Tu proba  
secundam esse, Est ne hoc scripturas interpretari, dū tar-  
dūtatis arguis hæreticos, q̄ ultra simplicem & genuinum  
scripturæ sensum, nihil admittant ut fides maneat inui-  
lata, quæ ex puro Dei uerbo pendet. Hos sumos sim-  
plici um animis offundis, ut statim ex contemptu illo, quo  
tu nos ceu lixas perpetuo tractas sic cogitent, Rudiores  
sunt illi: q̄ ut tuto ipsis credamus, Epistolam Pauli non in-  
telligūt, Eccius solus intelligit, cui merito ob ingenij acu-  
men, & eruditionis famam adhæremus, At nos nō de sub-  
tilitate inueniendi distinctiones, sed de ueritate doctrine  
Christianæ contendimus. Quare si falluntur heretici sim-  
plici & germano scripturæ sensu contenti, queso cuius re-  
rit culpa? Num hæreticorum non credentum Eccij Di-  
finitionibus extra scripturam? Minime, nam habent uer-  
bum Dei, cui ne quicq̄ superaddant, habet preceptum, et  
sciunt Apostolum nō mentitum, cum Timotheo diceret,  
Scripturas erudire nos ad salutem, q̄ si salutem per scrip-  
turarum doctrinam creditam, absq; tuis distinctionibus ab

homine ex cogitatis consequimur, quid nos mancipas hu-  
manis inuentis? Ante omnia ostende, nos in scripturis non  
satis institui posse ad salutem, & uicisti. Nam si uestra illa  
oblatio in mysterio tā eſſet necessaria, aut a Christo insti-  
tuta, non tacuſſet Apostolus, cum ipſe tam diligens fuerit  
in ceteris non perinde arduis, ut de ritibus in congrega-  
tione ſeruandis. Basis igitur noſtra eſt, Apostolus ex-  
piationis immolationem in cruce factam, una cū immen-  
ſo eius fructu docuit & dixit ſemel dumtaxat factam, nec  
reiteranda, nā ſemel exhausta pcta mundi, inuictū illud  
SE MEL adhuc ſtat ut Marpesia cautes, quid igitur ite-  
ratione opus eſt? Hoc nitimur, ſcientes eſſe uerbi Dei,  
effectum uero passionis ſaluificę, fide uerbi Dei ad nos  
malare, Hæc indubitata ſunt, ideo iuſſit Dominus coenā  
agere in memoriam mortis ſuę ad fidem illam excitandā  
& alendam, Verū nuſq uel Christus uel Apostoli docue-  
runt tuam ſolennem representationem & nouam illam  
oblationem hoftię ſemel in cruce oblate ad ſatiſfactio-  
nem & placationem.

Quod autem dicas, Hæretici torquent hanc oblationē  
contra immolationē Miffalem, Quid ni? Nā Miffalis illa  
derogat prime & unicę oblationi que nobis debet ma-  
nere illibata, Torquebitus igitur, ſed tanq ualidissimū te-  
lum hanc unā oblationē ſemel om̄ia pcta expiantem, con-  
tra ueſtrā aliam oblationē, que pcta noſtra quottidie fa-  
cta, expiare itē quottidiana iteratōe conatur, Nos pno-  
ſtra oblatione unica habemus ſcripturā, Tu p tua nullā,

Tandem argutaris, mori et offerri non conuersti, non  
enim omne illud protinus mori, quod offertur, nec of-  
ferri quicquid moritur, Rudis et imperitus hereticus ex-  
tiam si nihil supra elementa logicæ calleret, illa tamen ca-  
pit, at illa non capiunt hereticū, Nam hic in subiecta ma-  
teria apposite et uere loquimur, agimus enim de morte  
Christi et scimus tum Christum esse oblatum cum more  
retur, et tunc mortuum, cum offerretur, Ita enim scriptura docet quæ aliam oblationem Christi pro peccatis igitur  
norat quam cruentam illam, quæ se in mortem pro nobis trax-  
didit. Ut igitur illa, Mori offerri in ceteris natura sunt  
disiuncta, in Christo tamen, quod ad expiationem pecca-  
ti attinet, non sunt disiuncta, Nam quod tu ex Empereor tra-  
dis, Christum se ter obtulisse, uno modo in pane et uino  
sacramentoiter, tanquam plasma rationis humanae pro Chris-  
tiana libertate contemnimus. Sed instas de Simula et  
panibus Exo. 29. Num. 7. Leuit. 2, et 6. ac argumenta-  
taris, Aliquod erat sacrificium, quod non moriebatur, ergo  
non omne offerri Christi est mori, nam potest offerri  
aliquo modo, et si eodem non moriatur denuo, ut frustra  
timeatur, eum denuo crucifigi dum Missatur. Respon-  
demus, Non sunt obscura quæ dicis, sed scriptura in  
Christo mori et offerri coniungit, Et in confessio est, cum  
tunc esse oblatum pro peccatis, cum mortuus est, et tunc  
mortuum cum oblatus est, id quod ex Iesa. cap. 5. Eph.  
5. 1. Pet. 2. 3, 4. intelligimus, ubi passio et oblatio inse-  
parabiliter coniunguntur in Christo. At reclamas, Pan-

lum de oblatione in cruce loqui, non de Missali Respondeo, Et hoc uolumus, Est enim hoc apud nos firmū, Paulus de nulla alia oblatione peccatorum purgatrice loquitur, q̄ que in cruce facta est, quod hic & tu concedis Ergo nulla alia est, Nobis in hoc sudatur, ne gloria gratiae prime & unicæ oblationis expiatrixis transferatur in alium. Constitue igitur si lubet, multa sacrificia noui testamenti, nempe laudis, orationis, crucis, & beneficentiae iuxta scripturā sanctā, modo uirtutē crucis Christi nō es uacues. Nolumus omnia sacrificio tollere ex Ecclesia, sed suum cuiq; sacrificio seruare officium, iure sic ratione nantes, una est hostia tantum cruenta expiationis uerae, nempe Christi in cruce, Ergo nulla alia est, nam ut sint aliae cruentæ & incruentæ in Ecclesia, una tamen est dumtaxat hostia pro peccato in scripturis probata. Si dicas consequentiam esse nullam, q̄ locus ab autoritate negati⁹ sit inefficax. Respondes, Esto memor eorū que olim docuisti, nempe q̄libet disciplinam habere suam logicam, nec posse aut debere arcanas litteras ad Aristotelis Didæctica exigere, quod clarius est, q̄ ut hac de re plura loqui ostporteat, alia enim omnino ratio est hic, nam in humanis disciplinis argumentum ab autoritate negative reiicitur iure optimo ut infirmum, tum ob hominum uanitatem et incogitantiā, tum carum artū que humanitus inueniuntur sunt imperfectionem, sicut enim fallere & falli propriū isthominis, ob agnatam cæcitatem & malitiam, ita scientias ab homine proditis, error est peculiaris. Sed de

arcans litteris, quarum maior est autoritas Aug. test.,  
q̄ omnis humani ingenij capacitas, hoc sentire nefas esto,  
cum earum autor sit spiritus s. quem in his describendis  
quæ homini ad uitam gratiae necessaria sunt, obni-  
sisse quicq̄ nemo sanæ mentis dixerit, qui hæc Aposto-  
li uerba semel legerit, τῶσδε γραφὴ θεῶν νευτός,  
hoc elogium præclarissimum sole sibi sanctæ scripture  
uendicant, quod & Cameracensis tuus sensit, ut olim ex-  
traordinaria prælectione docebas, ita enim scripsit. Do-  
ctrina Christi est lex perfectissima, et in preceptis rectissi-  
ma, cuius perfectio innotescit perfectione preceptorum,  
quæ ab ipsa iubentur, perfectione credendorum que in  
ipsa docentur. Vidimus itaq; Topica, ne perpetuo nos  
ad puluerem scholasticum retrahas, sed cogita hunc locū  
à nobis non nude adeo & somniculose tractatum, primo  
enim certissimum est ex loco Pauli præallegato, scripturis  
sanctis sufficienter tradi quæ fidei sunt 2. Timoth. 3.  
Dein uerbo Dci nihil esse addendum Deut. 4. nec quæ  
nobis recta uidentur facienda, ut Deut. 12. legimus, atq;  
hinc recte argumentamur in rebus & necessarijs articula-  
lis fidei, Hoc non est in scripturis sanctis, ergo non iustia-  
tum à Deo uel acceptandum nobis ad iustificationem  
& salutem.

RESPONSIO AD CAPUT  
Duodecimum

**C**apite. 12. fateris locum Iesa. s 3. Oblatus est quia  
ipse uoluit, & alium Heb. 10. uoluntarie peccan-  
tibus post acceptam noticiam ueritatis, iam non reuinqui-  
tur pro peccatis hostia, nihil facere ad probandum Missale  
sacrificium. Et nobis sane tuo iudicio ineruditis haeret cis  
ante animos aliquot risum mouit quorundam negligentia  
qui hoc tam eruditu scripturis male perspectis, ausi  
junt talia contra Lutherum scribere, non enim hoc tantum loco  
hallucinati sunt Rabbini isti, & quem non q̄libet timidus si  
mum animaret oscitantia illorum? cū uideamus q̄ ruinosis  
fundamentis Schatzgerus Missam superaedificare, multo  
rum amorum Theologus, cū enim propheta precium re-  
demptiois nostrae descripturus diceret נָזְרֵב non uidit ille legendum esse, Multatus est &  
ipse afflictus, cum in pugna litteraria ad originalem ue-  
ritatem sit configendus qua inconsulta nihil statuendum est.  
Nec dissimili negligentia tractatus est locus Heb. 10. ubi  
Apostolus uolut peccantibus uoluntarie, hoc est spiritu  
tum sanctum blasphematisbus, non ultra propter reliquam  
esse hostiam, hoc est eos hac perfida a Christo excidere, q̄  
vera est hostia qua Deo reconciliamur, et unica, qua amissio  
sa nos peccata nostra ipsi portamus, & tanto oneri impares  
in gehennam demergemur, q̄ si in Christo per fidem ma-  
neremus, utcumq; deserente Deo pro nostra fragilitate  
laboremur, tamen hostiam haberemus nos seruantem. De  
Missa autem hic nihil dicitur.

Iam tu locum Heb. 5. tanq̄ indubitatum profers ad  
stabiendum Missæ sacrificium , at ne simplex lector  
tua p̄ hūc cōfirmari existimet , Apostoli uerba p̄io sub-  
scribā, dein q̄ d uelit, explanabo. Habemus (inquit) p̄o-  
ficiem magnū qui penetravit cœlos, Iesum filiū Dei, tene-  
amus professionem, nō enim habemus Pontificem qui nō  
possit adfici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum  
per omnia iuxta similitudinem absq; peccato, accedamus  
igitur cum fiducia ad thronum gratiae ut consequamur  
misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum  
auxilium , Nam omnis pontifex qui ex hominibus assu-  
mitur, pro hominibus constituitur, in his que apud Deū  
aguntur, ut offerat donaria & uictimas pro peccatis,  
qui placabilis esse possit ignorantibus & errantibus, q̄n  
quidem & ipse circundatus est infirmitate, Et propter  
hanc debet, quemadmodum pro populo, ita et pro seipso  
immolare pro peccatis, Nemo sibi ipsi usurpat honorem,  
sed qui uocatur etiam à Deo, quemadmodum & Aheron  
&c. Animaduertamus scopum rei, & iudebimus A-  
postolum in precedentibus primo descripsiſſe pontificem  
Hebre . 1. nostrū Christum, non iam in terra sacrificante, sed q̄ pe-  
netravit cœlos, & per semetipsum purgatione facta pec-  
catorum nostrorum consedit in dextra maiestatis in ex-  
celsis, tanto angelis p̄eſtantior factus, quāto excellentius  
p̄e illis sortitus est nomen, ubi clarissimis & inuictis  
scripturæ testimonijs probat Christum esse Deum, Dei  
patris filium. Tum ne quem tanti sacerdotis p̄eſcentis

propter conscientiam peccatorum & indignitatem nostram a speranda uenia deterreat, Subdit, talem nos habemus Iesai. 53.  
re pontificem, qui possit compati infirmitatibus nostris q[ui] Hebre. 4.  
tentius sit per omnia, ut si maiestas Dei male consicum Philip. 2.  
terreat, forma tamen serui, quam propter nos adsumpsit,  
factus uirorum nouissimus & despectus, pusillanimes  
allicit, & in spem salutis erigat, cum uideamus tutum  
nobis esse accessum ad thronum gratiae, & Christum in  
hoc tentatum & humiliatum, ut nos tentatos iuuaret &  
humiliatos glorificaret. Vtq[ue] hanc dignissimi sacerdotis  
nostrae bonitatem & compacientiam efficatus & conso-  
lantius infigeret animis nostris, monstrat hoc omne  
olim ob id in legalibus pontificibus esse præfiguratum, qui  
ideo ex hominibus assumpti, & ipsi infirmi, poterat alio-  
rum infirmitates portare facilius, & sicut ipsi sunt ordi-  
nati per Dominum ut Aheron & reliqui. Ita & noster  
nouij Testamenti Sacerdos summus sit a Deo hoc honore  
glorificatus, et sacerdos factus in æternum secundum or-  
dinem Malcizedec. Comparat igitur Apostolus Chri-  
sti sacerdotium cum Aheronis, & pulcherrime docet A-  
herona Christi typum fuisse, per figuram legalium delini-  
ans, ea que in ueritate Euangelij nobis sunt exhibita.  
Quare si ex hoc Textu, in nouum Testa. in uechis nobis  
externum sacrificium pro peccatis, quod ab homine pectore  
fiat, age reduc totum sacerdotium legale cum omnibus suis Ceremonijs, quod non potes, nisi Christi sacer-  
dotium, uimq[ue] eius omniē obscurare & negare uelis, quod

non facis, nam sacerdotium legale, uerum Christi sacerdotum præfigurauit, quare presente Christo, cui iuramentum patris sacerdotum perpetuum obtigit, figuram cedere necesse est. Eam ob rem nihil est quod sic ratiocinaris In ueteri Testamento constituebatur pontifex, infirmus ut posset alijs compati, offerre pro se & alijs, Ergo in novo Testamento constituendus est sacerdos, & simile offerenda officium celebrandum est, ubi sacerdos primo pro se offerat, dein pro populo, nam figura figuræ succederet, nec usq; appareret ueritas, Paulus enim ea de pontifice legali adduxit, ut ex figura ostenderet, quid nobis in Christo esset præstitum, quid ab eo sperandum, & satis est A<sup>z</sup> postolo, ex applicatione figuræ ad ueritatem, ostendisse quanta nobis bona ex sanctissimo Christi sacerdotio contingant, Sacerdos legalis assumptus est ex hominibus.

**Hebræ. 2.** Christus particeps factus est puerorum quos ei pater de  
**Philip. 2.** dit, uerus homo iuxta carnem ex semine David, figura re  
**Roma. 1.** pertus ut homo. Sacerdos legalis pro hominibus constiuitur, in ijs quæ apud Deum agenda sunt, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, Christus pro nobis constitutus est, missus à patre ut nobis ministraret, & animam suam daret pro omnibus suis, que apud Deum nobis agenda sunt, ipse mediator, intercessor & aduocatus agit Roma. 8. 1. Iohan. 2. 1. Timoth. 2. Hebræ. 7. obtulit secundum ipsum senā, nec ei pro proprijs peccatis necesse fuit primum offerre, nisi enim innocens ipse, & sine omni macula agnus integer fuisset, uictima peccati expiatrice

in eternum, esse non potuisset, cum maledictionem auf-  
ferre non potuerit, nisi benedictus. Tentamur ad peccata Ioh. 16.  
ta, mox ad Christum clamamus, ut spiritum corroboret, Ephe. 2.  
ne ab impetu carnis precipitetur, & omnia in nomine Roma. 3.  
Christi per fidem petentes impetramus, per hunc tutus Colos. 2.  
ad patrem accessus, nemo ad patrem uenit nisi per Chri-  
stum interpellantem pro nobis, in hoc propiciatorio certa-  
nobis uenia & eorum que petimus exaudito, lapsi su-  
mum & graue iudicium, conscientie imminens ad despe-  
rationem urget, Christus adest propiciatio, qui chiro-  
graphum peccati conscientiam delet, & paracletus ad-  
uersus metum mortis & peccati tyrannidem consolatur  
& mutat. Mors terret reos, protinus Christus uictor Roma. 6.  
mortis, uite autor succurrat, qui semel pro nobis mortuus Acto. 3.  
non moritur amplius, & surrexit a mortuis ut & nos  
peccatis mortui, tandem resurgentes & immortalitatis  
sola induit, cantaremus, Mors absorpta est in uictori-  
am, Deo gratia qui dedit nobis uictoram per Dominum  
noscum Iesum Christum. Cum igitur uera pro pecca-  
tis hostia semel sit oblata, non figuralis aliqua, sed Iesus  
Christus, quem pater propter sclera nostra percussit,  
qui uere languores nostros ipse portauit, & quem uete-  
ra sacrificia prefigurabat, in quo impleta & terminata  
sunt, cur adhuc sacrificatores sacerdotes constitueremus p-  
ro similes legalibus, q[ui] et ipsi infirmi offerebat p seipsis.  
At dicis, nostri no[n] prefigurant futurum, sed tractant  
presentem. Respondeo. Recte, si presentem Christum

habemus, scriptura de sacrificijs ueteribus impletis est, O  
sanguis noui Testa. effusus, placatus pater, remissa pe-  
cata nam per prophetas predicta oblatio corporis Christi  
semel peracta est, sanctificati sumus, Ergo, si pro ratione  
noui Testa, peccatorum est remissio per unicam oblationem  
nem, non est amplius oblatio pro peccato ait Apostolus.  
Et tu audes tanq certissimum dogma adserere, Iam in nos-  
uo Testa. ad exemplum ueteris, esse sacerdotes etiam ex-  
ternos et ceremoniarios, qui adhuc pro peccatis offerant  
donaria & sacrificia, obsecro, pro quibus peccatis presentes  
bus preteritis an futuris? Si Christus pro preteritis tantis  
sacrificauit, Ergo noua peccata, noua item oblatione uen-  
unt expianda, Et Christus sua oblatione in cruce non per-  
lit, sed pro peccatis nostris qui iam labimur, Partito igit  
tur expiandi officio, Christus sacrificasset pro peccatis  
preteritis. Sacerdotes nostri pro presentibus & futuris  
**Matt. 17.** scilicet hoc est honorare sacerdotem, quem pater ipse con-  
**Psa. 109.** stituit, non a mane ad uesperam tantum in cruce, sed  
in eternum, hoc etiam est agnoscere uim sacerdotij uer-  
& eterni, in quo sanguis noui & eterni testamenti in re-  
missionem peccatorum effusus, purgat conscientias no-  
stras a mortuariis operibus, Quis porro sciet quid sit no-  
uum Testamentum, si tu persuadebis, necessarios esse sa-  
cerdotes in Ecclesia qui primo offerant pro seipsis, dicim  
pro populi peccatis? nam hac doctrina efficitor ut pec-  
cata semper maneat, neque unq uere aboleantur, & nouum  
Testamentum erit titulus sine re, in quo tamen scripturis

refibus, discimus sic esse ablata peccata, ut Deus propter  
præstantioris huius Testamenti intercessorem placatus  
sit super iniustitijs nostris, & peccatorum nostrorum non Heb. 8.  
recordetur amplius. Quare sacerdotium quod pro pro= C. 10.  
prijs peccatis offerre cogebatur translatum est, Et successit  
ille e tribu Iuda uerus et æternus sacerdos, qui ipse imma-  
culatus semel se pro peccatis obtulit, & donat spiritum q  
est lex uitæ in cordibus nostris, hanc nobis collatam no-  
n. Testamenti gratiam, nemo extorserit ne Satan quidem,  
Christus Deus & homo, infirmus propter nos factus, p= Roma. 8.  
fecit in carne quæ olim præludebantur tantum. Iamq; cū  
fiducia ad thronum gratiæ accedimus, certi nos per Chri-  
stum reconciliationem asseditos, nec alia querendam ob-  
lahone, ad quem modum Apostolus nobis Christum de-  
pinxit. Non remisit nos ad te & alios qui hunc honorem  
sibi usurpant, Sed ad Christum, quem, ne adhuc formida-  
bilem aut sacerdotio exutum putaremus, sic proponit  
Heb. 2. Christus debuit per omnia fratribus similis reddi,  
ut misericors esset et fidelis pontifex in his quæ apud De-  
um forent agenda, ad expiandum peccata populi, nam ex  
hoc q ipsi contigit tentatum esse, potest & ijs qui tentan-  
tur succurrere. Quid hic requires? præcessit legalis pon-  
tifex, in quo omnia in figura agebantur, uerus pontifex  
successit, & uere omnia agit coram Deo, Ideo quæ nobis  
apud Deum sunt agenda, audis per Christum geri, ne no-  
bis tua actione porro sit opus, & ut sciremus, sic te & tu-  
as posthac estimandos, non ut expiatores peccatorum &

sacrificatores, sed tantum ut ministros Christi & differe  
satores mysteriorum Dei, modo uestro officio fungamini,  
Idcirco tua illatio, q[uod] omnia sacrificia sint consummati  
in Missali sacrificio, penitus nullam uim habet, cum Sos  
phistica uafricie que in Christum in cruce semel oblatum  
pertinet, ad Eucharistia in manu sacerdotis referas, hoc est  
que uere gesta & cōpleta sunt oī in Christo crucifixo,  
tu in c̄eremonijs uestris imaginaris fieri aut reiterari,  
non solum p[ro] memoriam, sed etiam per actionem realent.

In fine, capit is Canonis patrocinaris, sed infeliciter, nā  
uel ex uerbis Pauli putas in Canonem quedam transsum-  
pta, quod credo, Vel Paulum ex canone, quedam uerba  
in Epistolam suam transscriptisse, Primum dabimus, sed  
dicimus perperam factum, Alterum ridemus, siquidem  
Paulus Euangelium suum non ab homine, sed per reuella-  
tionem Iesu Christi accepisse se affirmat, nec unq[ue] uel som-  
niauit Canonem tuum. Si ego mihi talia permetterem, quis  
bus non probris abs te proscinderer Ecci? Et adhuc fuis  
porcum nostrum traducis, qui tuis tam apertis & solidis  
non assentimur.

### RESPONSIO AD CAPVT

Decimum tertum.

**H**ic uelut profligato hoste Triumphum decernis,  
& ne omnia consumpsisse arma, in trucidandis  
copijs nostris, pharetramq[ue] exhaustissime penitus uideare,  
ut nulla futuro certamini sagitta supersit, duo adhuc spissis

cula protrabis ad terrendas exercitus nostri reliquias, ne  
forte bellum integrare posthac adgrediantur. Primi  
igitur spiculi, est Textus Heb. 13. Habemus altare do-  
quo non est fūs edere his, qui tacernaculo deseruiunt, ani-  
malium enī quorū sanguis infertur p̄ peccato in Sanctis  
p̄ pontificē, horū corpora cremantur extra castra, Quia=  
proper & Iesus ut sanctificaret p̄ propriū sanguinē po-  
pulum, extra portam passus est. Examis igitur ad eum  
extra castra opprobriū eius portantes, Nō enī habemus  
hic manentem ciuitatem, sed futurā inqrimus, Per ipsum  
igitur offerimus hostiam laudis semp̄ Deo, hoc est fructū  
laborū confitentū nomini eius, ceterū beneficentiae et cō-  
municationis ne obliuiscamini, talibus enī uictimis place-  
tur Deo.

Principio uidendū quomodo tu hūc locū tractes, Ratio-  
naris igitur ad hunc modū. In Ecclesia est altare sacri-  
ficiorū externū teste Apostolo, Ergo est & sacrificiū ex-  
ternū, ut etiā uerbi ΕΤΥΜΟΛΟγία conuincit, qd autē sa-  
crificaretur sup̄ eo altari, nisi sacramentum Eucharistiae &  
atq; hinc concluditur Missam esse sacrificiū, Hæretici no-  
nitij antecedens negant Enthymematis tui, cum ex Paulo  
probari non possit, consequentia ergo tua nulla. Nemo  
quidem negat in ueteri Testamento fuisse altare & sacri-  
ficia, quare & in nouo Testamento nobis aut  
δυσιαστήριον est, atq; sacrificiū aliquod, At quemad-  
modū & tu scribis, consuetudo legis in festo Expiationis  
ad spiritalia referenda est, ne ex Ecclesia Christianorum

synagogam Iudeorum constitutas. Iam quere inscri-  
turus quomodo singula singulis respondeant, Et inuenies  
ueræ expiationis hostiam Iesum Christum, qui per uitium  
et hinc præfiguratus est, hostiam autem crucis et lau-  
dis, iugiter offerendam in Ecclesia inuenies mortificatio-  
nem ueteris hominis, et fructum labiorum nostrorum.  
Altare uero aureum illud ex Apoc.ca.8. de quo Iohannes  
cribit, q[uod] angelus steterit ante altare habens Thuribus  
lum, et data sunt illi incensa multa ut daret de precatio-  
nibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est  
ante thronum, Vbi etiā Thomas tuus Christum intellexit  
super cap. 13. ad Heb. Ego textum ob id integrum, non  
mutilatum apposui, ut uel citra nostram interpretationem  
lector non omnino sonniculosus, Apostoli mentem uide-  
ret à tuo instituto penitus alienam, cum enim hec ueteris  
legis externa, eodem cap. fatearis cum patribus, ad spiri-  
talia esse referenda, Tamen altaria lapidea et manufac-  
ta ad hoc imaginaris, quasi ad sacramentum Eucharistie  
tractandum necesse sit more Iudeorum. Au si oestis p[ro]p[ter]o  
erigeret, cum Apostolus ea de re differens non altaria et  
sacrificio sonet, sed Cœnam dominicam et mensam Do-  
mini uocat. 1. Corinth. 10. 11. ubi hic ab exteris legali-  
bus ad spiritalia transfferris qui plusq[ue] corporalia in nouo  
Testamento statuis? Nos uidemus Apostolum de Christo  
loqui, quod apertus est q[uod] ut negari possit. Nā per ipsum  
(inquit) offerimus hostiam laudis. En uictimam, hostiam  
laudis, et beneficentiam in proximum, sicut et Philip. 4.

Sicut Apostolus, Posteaq; accepi ab Epaphroditō quæ uo-  
bis missa fuerant, odorem bonæ fragrantie, hostiam acce-  
ptam, gratianq; Deo. Cum autem Deo nihil gratum esse  
possit, à nobis oblatum, nisi per Christum, per quem dile-  
ctum & nos diligimur, accepti reddimur. Et nostra sa-  
crificia grata sunt, uere dicimus Christum esse altare no-  
strum, per quem hostias offerimus acceptabiles Deo. 1.  
Pet. 2. Sic Paulus Roma. 1. gratias agit Deo, sed per Ies-  
sum Christum, quem nunq; nō inculcat, ut sine quo nullæ  
orationes nullaq; sacrificia grata sunt Domino, nullo ita-  
q; thysia sterio nobis opus est externo, nostrum altare in  
coelis est, nempe idem qui pont. sex quoq; noster, & hostia  
pro peccato est, non suo sed nostro, quare nihil prorsus  
agit syllogismus tuus, non modo alterius propositiōis de-  
fectu, sed & inferendi ui plane truncatus. Interim autem  
serio expendito quid sibi Paulus uelit, cum dicit, Ex hoc  
altari non est fas edere ijs q; tabernaculo deseruit Moysi,  
nam si ex altari Christo nemini licet edere, aut nemo po-  
test edere qui tabernaculo Moysi deseruit, hoc est qui cul-  
tum Dei in extēnis rebus & elementis mundi constituit,  
quo uos loco eritis qui altaria lapidea, temp̄la manufacta  
& cultum Dei legalem hodie manibus & pedibus tue-  
ni & deniq; per iustitas uestras et opera legis salutem que-  
ritis, ctiā si non circumdami & mactetis oves & hircos;  
Nunc an tua adsertio, per uerba Sophonie robo-  
retur uidebimus, subscribam primum uaticinū prophe-  
tice ex cap. 3. Quapropter expecta me dicit Dominus,

In die resurrectionis me.e in futurum, quia iudicium meū  
ut congregem gentes et colligam regna, ut effundā super  
eas indignationem meam, omnem iram furoris mei, in ig\*  
ne enim zeli mei deuorabitur omnis terra, Quia tūc red\*  
dam populis labium electum ut inuocent omnes nomen  
Domini & seruant ei humero uno, ultra flumina Aethi\*  
opiæ, inde supplices mei, filia dissiporū meorum deferēt  
mūius meum. Hunc locū recte de uocatione gentiū intel\*  
**Aeto. 1.** ligis, nam palam est prophetam loqui de tempore primi  
**Ioh. 16.** aduentus Christi, quando resurrectionis triumpho gloria  
**Roma. 1.** ficiatus, spiritum sanctum misit promissum patris qui per  
discipulos ut organa, mundum arguit de peccato, iustitia  
& iuditio, & palam facta est ira Dei de cœlo aduersus  
omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui ueritatem  
in iniustitia detinent, Ideo Christus Ioh. 12. dicebat, Nūc  
iudicium est mūdi huius, Nūc princeps mūdi huius ejicitur  
**Roma. 1.** foras, nam predicato Euangeliō, quod est potentia Dei ad  
**Galat. 3.** salutem omni credenti, Iudeo primū simul et græco, omni  
nis mundi impietas dānatur, scriptura omnia sub pctō cō\*  
eludit, & quicquid spiritu Dei non est renatū, uelut car\*  
nale & impiuū iudicatur, qua predicatione concutiuntur  
porte regni tenebrarū, & Satan q dispersit filios Dei, &  
**Luc. 11.** iicitur, fortis armatus atrij spoliatur, & fortior supuenit  
**Psal. 57.** ens uincit iniustum possessorem, & captiuā ducit captiu\*  
itatē, & in regnū iustitiae & salutis adserit, quos regnū  
peccati & damnationis captuos detinuit, id quod los\*  
hannis Undecimo ostenditur, ubi Euangēsta Christū dicit,  
moriturum fuisse pro gente, & non tantum pro gente,

Et ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unū,  
quemadmodum prædixerat Iesai. cap. 49. sic dixit Dñs Iesai. 49.  
dñator. Ecce leuabo ad gentes manū meā, & ad populos  
exaltabo signū meū, & adducent filios tuos in sinu, & fi-  
lias tuas sup humerū portabūt, Est enī Christus pastor ille Iehes. 34.  
unus, David uerus, quem Dñs apud Ezech. se suscitaturū  
promiserat, ut paſceret oues, & ipſe eſſet eis in paſtorem, Ephe. 2.  
uere reducturus, quod abiectū erat & oues paſturus in  
iudicio, Ipſe enī eſt pax noſtra, q ſecit ex utriſq; unū nē= 1. Pet. 5.  
pe iudeis & gentibus, & recōciliavit ambos in uno cor-  
pore Deo p crucem teſte Paulo, & ſicut ipſe miſſus eſt a  
patre ad oues cōgregādas, quas lupus diſperferat, ita miſ-  
ſit archipastor alios paſtores, nempe diſcipulos, & eorū  
ueros ſuccelfores, ut uerbo ueritatis uſq; ad conuimati- Rom. 10.  
onem ſeculi paſcant oues, capiant homines, & in unitatē  
fidei congegent, q cū miſſi prediſent Euangeliū audient  
gentes, credent uerbo auditio, & inuocabūt Dñm omniū,  
diuitiem in omnes inuocatores ſuos, tū redditur fidelibus Psal. 9.  
labiū electū, & quorū os antea execratōe & amarulētia Pſa. 5.  
plenū fuerat, de iniqtitatibus glorians, & lingua ad omnē  
dolū abutens, ja mutabitur, & petorū confeſſiōe laudēq;  
diuini nois, cordis fidē palā in uitis etiā in ferorū portis te  
ſtabitur, & leta fiducia inuocabit nomen Dñi, nō Eidola  
uauif. ma, que cultores uana ſpe ludūt, ſed Dñm q dixit, Iesai. c. 49.  
Ego Dñs, nō confundētur expectantes me, & mox, ſciat  
ois caro q ego ſu Dñs ſaluās te & redimēs te fortis Iacob  
Et quē poplū ut Dñm et ſaluatorē agnoscēt, uno humero  
coleat, idē mutuo inter ſe ſentientes ſed' m Iesum Christū,

ut unanimiter uno ore glorificant Deum ac patrem Doc  
Rom. 15, mini nostri Iesu Christi, non in una Iudeæ prouincia, sed  
u'tra flumina Aethiopie, in omnibus mundi oris erunt,  
qui supplices ad Christum uenient tam benigne per tubas  
Apostolicas omnes homines ad cognitionem ueritatis uoc  
cantem, Apostolis enim poenitentiam et remissionem pecc  
atorum predictib[us], supplices efficimur, nam quos  
Dominus cognitione peccatorum illuminat, et fide donat,  
ut uideant quid sint ex se, nempe peccatores, sub ira Dei  
et maleditione et quales futuri sint, si conuertantur, nec  
re terrentur primum et humiliantur, hocq[ue]; ardenter iustis  
iam uotis suspirant, ut ab hac miseria et peccatorum ser  
uitute, Deiq[ue] iudicio q[uod] primum liberentur, et misericordie  
am consequantur, et suppliciter cum publicano orant,  
Acto. 2,  
Luc. 18, Domine propitius esto mihi peccatori, Et cum Psalmos  
Psa. 40. grapho, Misere mei Deus, sana animam meam, quia pecc  
auit tibi, miserere mei quia in te confidit anima mea. Sic  
P. oue. 18 iustus accusator est suipius, nec iactat cum phariseo se  
Iesiae. 66. suiq[ue]; sed supplex ad Dominum confugit, qui apud Iesaiam dicit, Respiciam ad humilem et contractum spiritum  
et trementem ad sermonem meum. Cum itaq[ue] pro  
pinqui per sanguinem Christi facti fuerimus, et electi  
Christianæ confessiois labio donati, agente Christi spiritu,  
sicut ad spesorū, necessaria gratitudine se suiq[ue] Domino,  
a quo omnia accepimus, offeret. Et hoc est munus quod  
dispersi afferent Domino, laudis hostiam et cordis con  
trit. offerent, ut alias diximus. Esto igitur hebreas

ueritas habeat מנוחה LXX. Θυσίασθοι utru<sup>c</sup>  
grecie, sed instituto nostro non dissonum, omne enim bo-  
num à Domino accipimus, & quicquid ei gratū damus,  
non nostrum fuit, sed donantis Domini, Cor contritum  
offerimus Domino, sed ipsi non facimus, ita enim apud  
Ezechielem promittit, Auferam cor lapideum de carne Iches. 11.  
et dabo eis eorū carneum, ut in preceptis meis am-  
bulent. Ita Iere. 25. sic hortatur, Conuertatur unusquisq;  
in iusta sua mala. Sed mox cap. 31. unde poenitentiae donum  
sit, propheta ostendit clamans, Conuerte me et cōuertar,  
postq; enim conuertisti me, ægi poenitentiam. Et Psalmo= Psa. 50.  
Graphus. Domine labia mea aperias, & os meum annun-  
tiabit laudem tuam. Cum ergo offerimus Domino mu-  
nus gratum, id quod ab ipso accepimus, damus, ut iure  
dixerit munus meum, nec id cum. LXX. ueremur Su-  
stā appellare, hoc est uictimam uel hostiam, cum hoc  
Apostolus fecerit Rom. 12. ubi hortatur, non ut hircos,  
viles bouesue immolemus crassa Iudeorum sacrificia, sed  
uictimas spirituales nostra ipsorum corpora, hostiam ui-  
tentem, uere puram & sanctam, Deo gratam & accep-  
tam sacrificium rationale, Verū hæc qd ad Missam uestrā,  
quasi uero hæretici hoc tibi statim dent, Alicubi in pro-  
phetis habetur מנוחה futura oblatio Ecclesiae, Ergo ea  
oblatio Ecclesiae, est sacramentum altaris in manu sacer-  
dotis pro peccatis populi quotidiane offerri solitum, aut  
Missa est sacrificium. Quod autem putas Mysterio non  
uacare crebram inculcationem uoculæ in Mose

Et prophetis, non refragor, uerum Missah per hoc pres-  
dici in qua sub specie panis Christus quotidianus sacrificetur  
non puto solidum esse. Erat quidem apud Mosen מנהה  
simila et panis pistus. Sed quid obstat quo minus hec ap-  
pellatio מנהה in Mose quadrat sacrificio Christi, qui  
Ioh. 6. nobis panis uiuus. Et charitatis igne coctus est, ut  
edentem ad uitam ueram et immortalem reficiat, cum in crux  
oblatus esset, ut est apud Iesichium qui sic ait. Carnem  
Christi que ante passionem ad comedendum incepit, rat, cruz  
aptam cibo post passionem fecit, si enim non fuisset cruci-  
fixus, sacrificium corporis eius minime comederemus, co-  
medimus autem nunc cibum, sumentes eius memoria passionis.  
At prophetae (inquires) quando sacrificij meminerunt  
gentium ad Christum uenientium, hoc ipsum etiam uno ore  
conformiter omnes appellarunt מנהה ut hinc facile  
colligatur quod sit sacrificium noui Testa predictum à Mas-  
leachi, in omni loco offerendū, non tantū ierosolymis, nul-  
lum enim aliud intelligi potest, q̄ Misericordia sacrificium, nullus  
symbolum Minchah competit, nam sub specie panis, quot-  
tidie in omni loco Christianorum offertur Christus. Re-  
spondeo, in modo haec appellatio Minchah apposite quadrat,  
nobis in oblationem gratam Dño apparandis, ea ratione  
qua panis symbolum ad nos quadrat, qui ab Apostolo ius-  
temur uetus fermentum expurgare, ut simus nova con-  
uersio, nam Leuit. 2. קרבן מנהה offerri debebat  
sine fermento. Sive igitur מנהה uertas donum iuxta

Aquillam et Symachum, siue sacrificium ut habet Theodo-  
tio, utrumq; non in apposite de nobis dici potest, quando  
spiritu adoptionis agente, uoluntarie sacrificamus, et nos  
Deo patri per Christum hostiam uiuentem & rationalem  
cultum, electo malitiæ fermento offerimus.



ABES ECCI Q VID IN PRIMO  
libro de Missa, quem tu iniictū putas, iu-  
re defyderarim, Nūc quedā Tertiij libri  
tui argumenta, qualia uobis uideātur, ex-  
ponemus. Et primū conaris ostendere. Secūdo cap. Ter-  
tiij libri, Missam nō esse Testamentū, ubi usq; ad quintum  
raput, ad fastidiū uel pacientissimi lectoris, inscitiam Lu-  
theranorum traducis, ut tibi celebrandi nominis tui poti-  
us, q̄ ueritatis inquirende & docendae studiū fuisse mul-  
ti existent, cum preter scripturæ testimonia, tantam iu-  
ris peritiam preter necessitatem ostentes. Docuimus  
aliquando Missam esse Testamentum Christi, quo clarius  
gratia Dei erga nos & magnitudo & firmitas simplici-  
bus innotescerent, quam docendi rationem supra modum  
acerbe exagitas, non hoc nomine q, impia sit & intole-  
rabilis, ut qui eam in lyrano tuo tam amice feras, sed  
quod Lutherus crux Eccij, docendi gratia sic est lo-  
cus. Quare non est consilium in presentiarū calumnijs  
tuis respondere, quibus sermouem per se non impium,

Liuor irrequetus in immensum exaggerat, & quod ist.  
alijs boni consulit, in nobis adeo non potest ferre pro chas.  
ritatis regula, ut uelut stultum, erroneous & modis om.  
nibus impium execretur. Verum ualeat edax inuidia,  
Satis hic nobis fuerit uel te censore, catholicū, posse Missā  
quadam ratione Testamentum appellare, & a scripturis  
nihil alienum committi, dum huiusmodi Tropis utimur.

- Matt. 26. Interim non ignoramus apud Mattheum & Marcum  
C. 14. legi, Hic est sanguis noui Testamenti, apud Lucan &  
Luc. 22. Paulum, Hoc poculum nouum Testamentum, Et sangu  
i Cor. 11 nem Christi, noui Testamenti sanguinem esse, quo בְּרִית  
הַחֲדָשָׁה confirmatur in æternum. Poculum item esse  
symbolum sacrum sanguinis testamenti. Sed cum etiā  
tu Euangelium uoces nouum testamentum, cur nobis uitio  
ueritur, q. Missam appella uimus nouum Testamentum,  
cuius primaria pars est, hæc Euangelij summa, Hoc est  
corpus meum, quod pro uobis traditur, Hoc poculum,  
nouum Testamentum in meo sanguine, qui pro multis  
effunditur in remissionem peccatorum. Habet ne Euang.  
gelium uniuersum quiddam hac summa potus? Nos ho  
stia Christi à peccato, morte & inferno esse redemptos?  
Quare si nouum testamentum est Euangelium, et hec est  
summa Euangelij, Christum pro nobis in uitam adseren.  
dis, corpus suum et sanguinem obtulisse, quam nos in coe  
na Domini ut scopum prefigimus, Consecrarium est,  
Missam posse Testamentum uocari, nam cū coenam Do  
mini celebramus nouum Testamentum uel fædus inter  
nos &

Hoc & Deum quodammodo instauratur. Tani confer que  
Paulus ad Heb. ea de re scriptis, & uix habebis quod tam  
atrociter calumnieris, nam quod Hebrei בְּרִיתָה habent  
ubi. LXX. Καὶ ἀδελφοί μου υερτερunt nostram adsercionem  
non refellit. Multa igitur obmittere hoc loco potuisti, si  
non hubuisset uerborum pugnas sequi ad subuersionem 2. Tlm. 2.

Sed illud haud quaquam silentio praetereundum q. cap. 9.  
libertij ubi de efficacia & fructu Dominicæ passionis  
mentio fit, duo quedam puncta proponis, in quibus haes-  
tifici toto cœlo aberrant tuo iudicio.

Primum, uelut grauissimum errorem damnas, quod  
sic docemus, Christus pro nobis passus est & satisfecit,  
Quare nihil opus est ut nos satisfaciamus & iam primus  
offeramus pro peccatis nostris.

Secundum, tu contra nos doces hoc pacto, Qui ob-  
seruant precepta Dei, reddunt se participes meritorum  
Christi, Ideo non satis est, Christum esse passum, passio ne-  
mini efficax est nisi ijs qui se participes reddunt, ita tu de  
participatione meritorum Christi loqueris nostra impuga-  
nando.

Ad primum respondemus, Ingenue fatemur nos id  
docuisse, & si cautius quam tu proposuisti, Sed ubi peccauis-  
mus? Nonne tu eodem cap. concedis, neminem satisface-  
re pro peccatis nostris potuisse, quam Christum? hec est  
inuicta & consolantissima scripture ueritas. Quia autem  
cosequentia sequetur quod tu dicas, & tuo ductu quotidie

in nos iaciunt aduersarij nostri , nempe Lutherani sic pre-  
dicat , Christus ipse pro nobis passus est et satisfecit , Ergo  
nos non satisfacimus , impie igitur seducunt plebeculam  
simplicem , Antecedens ipse non negas , Christum pro nos  
bis satisfecisse , nec alium hoc praestare potuisse hinc irre-  
fragabiliter infertur , nos non satisfacere , uerissima sunt  
hec et à te concessa , Cur ergo ex uerissimis illis sic infers ,  
Ergo seducunt populum , Seducere tibi Ecci uidemur ,  
quando ueritatem Euangelij etiam per te concessam pre-  
dicamus populo ? Vide quo te rapiat ira precepit , Te e-  
nimi seductorem facis , dum in nobis carpendis neq; finem  
ullum facis neq; modum seruas . Verum ita tu truncas  
tim nostra interpretaris , Hæretici docent populum ,  
Christus satisfecit , ergo non opus est nos satisfacere &  
offerre . Ita mutilam & mancam facis doctrinam nostrā ,  
dum nulla fide proponis quæ docuimus , Quis unq; hec  
abrupta à nobis audiuit ? an tu ex aliorum incerto audita  
tantum nobis crimen impingere non ueris Ecci ?  
Docemus quidem antecedens , sed non inferimus tim  
scandalose ut calumniantur quidam , hec tibi mendaciter  
**Iesai. 53.** insuffrantes , Quomodo igitur docemus ? Christi mors  
**1. Ioan. 2.** satisfactio est unica & perfectissima pro peccatis totius  
**Johan. 1.** mundi , & si fructum non percipient , nisi qui Christian  
**Johan. 3.** amplectiuntur per fidem , nam si non credideritis ( inquit  
ipse Iohan. 8. ) q; Ego sum , moriemini in peccatis uestris ,  
**Mar. 15.** ut culpa non sit satisfactoris , sed eius qui satisfactionem  
oblatam omnibus , incredulitate sua respuerit .

Cum igitur ipse talis ac tantus sit precium redemptionis,  
quo nihil maius ac charius habuit cœlestis pater, Blasphemus 1. Tim. 2.  
mias fuerit, si quis suis uel operibus uel passiōibus conetur  
iudicium Dei effugere, satisfacere aut peccata expiare,  
nam si iustitia & satisfactio ex nostris operibus & uiris Galat. 2.  
bus fuerit, frustra mortuus est Christus, Nolite ergo diui-  
tias gratiae Christi immensas abijcere, hic enim unus est Ephe. 1.  
per quem habemus redēptionem, hic à patre nobis da- 1. Cor. 1.  
tus est, ut sit nostra redēptio & iustitia. Nec tamen ita Roma. 3.  
satisfactum pro uobis intelligitote, uosq; ita liberatos, ut  
porro uobis licet, quicquid lubet, nullam hinc fenestrā  
aperimus effreni concupiscentie carnis, ut licentia dete-  
riores efficiamini, Magna quidem & ineffabilis gratia  
per Christum parta est, uerum non in hoc data, ut post-  
hac impune liceat quiduis facere, & ignauit trānsfigere  
uitam, sed ut semel à peccati tyrrānide erepti, deinceps  
uitam Christo dignam meditemini, uita nostra super ter- Iob. 7.  
ram militia est, Iebuseus habitat in finibus nostris, futu-  
rus sudes in oculis & offendiculum à latere, si iugi con-  
fictu delere hostem desuerimus. Huc spectant quæ  
passim iustificatis per fidem Apostolus inculcat, ut Ro-  
ma. 5. Quid igitur dicemus? manebimus in peccato  
ut gratia abundet? Absit, qui mortui sumus peccato, quo-  
modo posthac uiuemus in eodem? An ignoratis q; quicū-  
q; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius  
baptizati sumus, sepulti igitur sumus una cū illo per bap-  
tismum in morte, ut quemadmodū excitatus est Christus,

ex mortuis per gloriam patris, ita et nos in mortitate uite  
ambulemus. Nam cum id præstiterit gratia ut morere  
mur peccato, quid aliud faciemus, si uiuemus in eo, nisi  
ut gratiae simus ingrati? Non caruit in hac doctrina,  
calumniatoribus tantus Apostolus, q; gratiam redemptis  
onis pleno ore nusq; non predicaret, & rem ignorantibus  
uideretur peccandi licentiam fouere, & quasi delicta lau-  
dare. Sic cum nos Christum pro nobis satisfecisse, & in-  
gentissimas gratiae opes per Christum nobis partas, munq;  
satis laudari et penitus no explicari posse docemus, per-  
uerse quidam interpretantur, quod tamen uerissime dicitur  
est, nisi ex laude gratiae, peccati quoq; laus sequatur, sed  
qui beneficium medicina laudat, non ob id prodeesse mor-  
bos dicit & vulnera à quibus illa hominē sanat, sed quan-  
to maioribus medicina laudibus predicitur, tanto magis  
uituperantur vulnera & morbi à quibus liberat que ita  
laudatur, Sic laus & predicatione gratiae uituperatio &  
damnatio est delictorum, ut inquit Augustinus de spiritu  
& lit. cap. 6. Et Tit. 2. Apparuit gratia Dei salutis  
omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate  
& mundanis concupiscentijs sobrie & iuste & pie uiuam-  
us in presenti seculo. Christus dedit semetipsum pro no-  
bis ut redimeret nos ab omni iniiquitate, & purificaret  
sibi p̄si populu peculiarem sectatorem bonorum operū.  
Et Colos. 3. Si resurrexis sis una cū Christo superna ques-  
rite superna curate non terrestria, mortificate quae-  
uestra terrestria, stuprum, immunditiam, concupiscentiā

malam & reliqua. Et 2. Corinth. 6. Obscuramus ne in  
vanum gratiam Dei repperitis, Sic itaq; gratiam re-  
demptionis & satisfactionis extollimus, ne posthac oci-  
andum sibi putet homo, & uelut in accepta gratia ster-  
tendum, non fert hanc ignaviam fides iustificans quae per  
charitatem efficax est, non dormit, aut cessat. Hoc autem  
cauemus, ne quis sibi tribuat, quod gratiae est, & cæca o-  
perum opinione in pharisaismum incidat, tantæ redemp-  
tionis gratiae ingratus. Et sane nulla est qnus tam excors  
& delira, que non protinus nos sit exhibilatura, si ut uos  
estote leti et securi, altum dormite. Christus uos sua passio-  
ne liberavit, satisfæcit, legem impleuit pro omnibus, ni-  
hil nobis reliqui fecit, non est posthac opus ut laboretis in  
ienuijs, precationibus & bonis operibus, Ah Ecci nemo  
nostrum unq sic insaniuit, Sed uos hoc ex mendacissimis  
rumoribus colligitis & omnis charitatis immemores, simo-  
pliū animos hac criminazione falsa in nos exaspera-  
tis, stantum ut doctrinam nostram mundo q odiosissimam,  
impissima hac & horrenda absurditate reddatis. Do-  
cemos & credimus, neq; aliter docere possumus unq.  
Christum pro nobis sufficientissimam & plenissime ex-  
piatricem hostiam semel fuisse, ut quod ad satisfaciendum  
diuine iustitiae attinet, nos & nostra nihil simus merante-  
q; habeamus gratiam, non ut in peccatis, quorum expia-  
tio tanti constat, porro permaneamus, sed ut nos satisfa-  
ctor sanctificaret, mundatos lauacro aquæ per uerbum,

ut adhiceret nos sibi ipsi sponsam gloriosam, que non habeat  
beat maculam, aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed ut  
essemus sancti et irreprehensibiles, semper curam agen-  
tes ne a gratia Domini deficiamus, sed tam opulentas pro-  
missiones gratiae habentes, gnauiter mundemus nos ipsos  
ab omni inquinamento carnis, et spiritus perficientes san-  
ctimoniam cum timore Dei. Esto rationi et doctrine ho-  
minum uehementer absurdum videantur hec gratiae Christi  
preconia, ut que et sibi non nihil putent tribuendum, et  
hec Christi mysteria non capiant, nobis tamen misericor-  
diam consecutis constat nusquam aequa carnis prudetiam ce-  
cutire, ut ingratissimi simus, nisi constantissime ebucci-  
nemus inenarrabile donum Dei per Christum, quo uno  
salui sunt filii promissionis, filii beneficij divini, filii gra-  
tiae et misericordiae, filii Testamenti noui, iuncti eramus  
in lacu in quo non est aqua, neque unquam operibus nostris,  
sapientia carnis, libero arbitrio, adde etiam per sanctissi-  
mam legem Dei adiuti et liberati essemus, nisi in sanguis  
ne testameti sui iunctos emisisset Christus, quem non frustre  
avtionaliter ut wter wotw Apostolus uocat. Hic  
hic in hoc apparuit ut dissolueret opera diaboli. In huius  
gratiae commendatione sumus quidem assidui, et quoru-  
dam iudicio nimis, nostro autem parcissimi. Da Christe ut  
has misericordias cantemus in eternum Amen.

Quorsum igitur, inquires, nostra bona opera, ieiunia,  
castigationes carnis, vigiliae et hoc genus alia in scriptis

ris precepta? Respondeo, Si his iustificari putas im-  
pios, fidem negasti, Aliorum igitur illa tam necessaria  
spectant, sunt enim fructus fidei utiles & necessarij par-  
tim ad domandam carnem, spiritui rebellem, partim ad  
seruendum proximo, Sed iustificationem illis tribuere  
aut satisfactionem, eamq; meritrationem, quam phari-  
sei iactant, non licet, cum eam sibi iure uendicent opera  
& merita Christi, huic tam preclaro operi destinata, No-  
stra enim omnia etiam in fide facta & charitate, ob ad-  
herentes uetus statis reliquias iuditij seueritatem non fe-  
runt. Et Apostolus, reputat non esse pares afflictiones  
presentis temporis ad gloriam que reuelabitur erga nos.  
Et Christus Luc. 17. Cum faceritis (inquit) omnia  
que precepta sunt uobis, dicite serui inutiles sumus,  
quod debuimus facere facimus, Verum de ijs iam plura.

Ad secundum, ubi obseruationem preceptorum  
eo loco constituis, ut ipsa demum nos reddat participes  
meritorum Christi. Respondemus, Hac do-  
ctrina tua Eccl, & si ab amicis amice, & in bonam par-  
tem accipi possit, maxime tamen ruinæ occasio est sim-  
plibus, nisi eamq; diligentissime modereris. Nam sim-  
plices protinus intelligunt, meruisse quidem sua passione  
Christi multa, at qui admitti ad hanc gratiam neminem, nisi  
q; obseruatione preceptorum sibi aditum ad eam accipien-  
dam fecerit, quasi dicam mendico, Tu eges, ille abundat,

multo enim sudore magnam sibi vim diuitiarum conges-  
fit, que non solum utriq; sed omnibus sufficient. At tu  
hunc opibus non iuuaberis, nulla penitus ad te pars redi-  
bit, nisi hoc uel alio labore diuitem tibi demerearis, non  
enim gratis quicq; impedit egenti. Hic ratio humana  
alioqui suarum virium admiratrix, protinus erroneam  
opinionem concipiet, nempe nos præuenire Christi bene-  
ficientiam officio aliquo, & nostro opere ceu antecedenti  
quopiam merito nos ad participanda passionis merita  
perrumpere, qua doctrina mercenarij efficiuntur, qui  
oculo nequam ad mercedem respiciunt, animoq; scru-  
bene operantur, tandem si hoc animo querendi sua per-  
manserint, e domo paterna ejiciendi, ut in qua tantum si-  
lij sint in æternum permanisci. Non ignoro hanc docen-  
di rationem plerisq; apprime necessariam uideri, propter  
agnatam homini malitiam, qua semper ad peccandum  
arrepta undiq; occasione sumus propensiores, siquidem  
audientes gratiae opulentiam tantam, negligentiores ad  
bonum efficimur. Et ociosi neq; ad honesta enitentes, ne-  
q; malum uitare conantes, uitam nobis æternam nihil  
minus pollicemur. Sed uide Ecci, ut ut forte quis sic  
indican, integri sint, ubi interim maneat necessarij graz-  
tie per Christum partæ præconium. Nonne ex hac ues-  
tra doctrina tam non declarata, uelut in se posita omnia,  
Rudiores putabunt & gloriam gratie minus agnoscen-  
tes, in se confidere discent, et uel temerarij euident hypot-  
critæ uel desperabunt, cum tandem ingruente tentationis

Matt. 20.

procella uiderint se nihil operatos uita dignum? Quare  
nisi scandalo doctrinæ uelimus populum seducere, sic ad  
pœnitentiam ac bona opera cohortari debemus simplices  
ne erronea incautis illabatur opinio iustificationis per p\*  
pria opera querendæ, emerendiq; uitam æternam, ac ne  
um gratiæ amplissimam, nobis tā necessariæ, paciamur  
populo manere ignotam, hac uia regia, nec populi foue-  
bitur inercia, nec gratiæ iustificatricis obscuratur gloria.

Necessaria quidem opera sunt, sed non ut ijs iustifi- **Opera**  
cemur impij, aliud ipsa officium habent, nempe ferocien-  
tem caruem subiugare & proximum officijs charitatis  
iuuare, non autem eiusmodi sunt quibus gratiam & uitā **Rom. 11.**  
æternam, ceu meritis consequamur, nam si ex operibus,  
iam non est gratia, & nosti meritum congrui si recte ius-  
dicamus rem ut est, sicut magis esse q̄ rem.

Gratia uero renascentiæ modis omnibus necessaria **Gratia**  
est, ante omnia bona opera, nam que naturalia habemus,  
ut intellectum & uoluntatem, quam facultatem, nonnulli  
liberum arbitrium uocant, nosti ob peccatum originale  
sic esse affecta misere, ut suopte conatu non queant illum  
opus facere, quod bonitatis titulum iure mereatur. Et ag-  
noscis scholasticum etiam dogma, Primum motum bonū  
in anima esse fidem, preterea extra fidem & charitatem  
nihil geri quod uere bonum dici possit, Ergo primo om-  
nium oportet personam esse iustum, quod non fit nisi  
fide, fides enim iustificat impium, Ecce donum Dei ante  
remiem conatum liberi arbitrij ad bonum. Nam loquor

**Roma. 3.**  
**Galat. 2.**

de homine in meritis naturalibus, ut in toto iustificationis  
negotio non videam quid possit nobis relinquere. Gloria omnis  
penes iustificatorem est. Fontem ergo requiramus  
oportet, recte de re tanta locuturi, unde bonum omnino  
fluit. Nostri autem ante conditum mundum, nos in Christo  
electos a Deo patre, ut essemus sancti et irreprehensibili-  
sibiles coram illo per charitatem, o ineffabilem gratiam  
tum non eramus, tantum abest ut quicquid tanorum bonorum  
licuerit mereri. Hae predestinatione quid non boni  
adserit? Nam quos predestinavit ut conformes imaginis  
Iesiae. 6. 4. filij Dei efficerentur, et ad ea bona apparentur possi-  
1. Cor. 2. denda, quae oculus non uidit, auris non audiuit, et in cor  
hominis non ascenderunt, eosdem uocat per Euangelium,  
Galat. 3. uocatos iustificat, nam fide donat, spiritus sanctus ex au-  
Roma. 5. ditu uerbi Dei accipitur, qui non uenit vacuus, sed diffundit  
charitatem in cordibus nostris, quae omnem uirtutum  
concentum absoluit cuius Apostolus meminit. 1. Cor. 13  
ut hinc legis impletio uocetur Rom. 13. ne quis eam pue-  
tet ociari in homine, iam fide charitateque; donati porro  
uite innocentiam Christo duce meditamus, ut sicut ipse  
ambulauit et nos ambulemus, ubi exiuit assidue uetus  
homo, nouus induitur, et pro modo gracie, Deus nobis  
timetur et amatur, proximo hoc esse, quod Christus nos  
bis fuit, studemus ut arbor ex fructu cognoscatur, sic ius-  
tificatur impius et filius irae, fit filius gracie heres Dri-  
cohæres Christi. Vbi clarissimum est, non ideo nos par-  
ticipes fieri meritorum Christi, quia obseruauimus precepta,

ut obseruatio preceptorum uelut prævia beneficentie di-  
vine, causa sit meritoria tantorum bonorum, cum uolu-  
tati Dei æternæ electis tanta bona in Christo danti ante  
tempora æterna. 2. Timoth. 1. nihil in creatura possit  
esse Ratio, cur has opes immense bonitatis in nos effun-  
dat, quare expendenda nobis sunt Apostoli uerba, quæ  
D. Augustinus de prædest. sanctorum uigilantissime per-  
uidit. Elegit (inquit) nos Deus in Christo ante mundi co-  
stitutionem, non quia per nos sancti & immaculati futuri  
eramus, sed elegit prædestinavitq; ut essemus. Magna  
loquitur hic spiritus, nō ergo elegit quia sancti futuri era-  
mus, ut nostra bona opera fuerint ei ratio prævia ad  
prædestinandum, sed ut essemus. Electio itaq; sanctos fa-  
cit, non meretur præuisa sanctitas electionem, iam electi  
vocati, spiritu Dei aguntur, qui in nobis uelle & per-  
fecere operatur. Deus igitur præuenit nos, non nos Deū,  
nec quisq; bene operatur ut accipiat gratiam, sed quia ac-  
cipit, adeo uia omnē præclusit spiritus sanctus Pelagiano  
furori, q; gratia Dei nō dari, nisi secundū merita imp̄issi-  
me somniabat. Hac uelut gradatōe huc tandem puenitur  
ut confiteri oporteat, quod res est. Obseruatio precep-  
torū, nō facit participes meritorū Christi, sed participatio  
meritorū Christi facta, obseruationē facit preceptorū, par-  
ticipatio fidei in Christū, fides precepta implet, et fides  
donatur in uocationē cū trahit pater, uocamur ex gratia  
dei, nos ad gloriā prædestinatis et cū uisū fuerit, uocatis  
sicut. 2. Tim. 1. grā data p Christū an tempora æterna

Augusti-  
nus.

Rom. 8.  
Philip. 2.

Iohan. 3.  
Iohan. 6.  
Mar. 16.

Et Colos. 1. pater idoneos nos facit ad participationem  
sortis sanctorum in lumine qui eripuit nos à potestate te-  
nebrarum. Eu paternam gratiam quæ præuenit & natu-  
ram & opus hominis, In regnum peccati & mortis pri-  
ma natiuitas detrudit miseris. Gratia uero patris per  
Christum, quæ non inuenit idoneos, facit idoneos per do-  
num fidei qua transfert nos in regnum filij sibi dilecti,  
tandem nos sic translati & renati, filijq; Dei facti, filiorū  
opera facimus, preceptis paternis accingimur peragen-  
dis, quod si nihil hic natura peccatrix agit boni, nisi gra-  
tia eam sanarit, ut recte docuit Augustinus, multo cautius  
nobis loquendū est, ne gratiam faciamus nature pedisse  
quam, & gratia iam non sit gratia, sed merces, quin hic  
spiritum sanctum audimus multo certius de ordine suorū  
operum differentem. Primo igitur fit participatio merito  
rum Christi, persona formatur & idonea redditur ad sor-  
tem sanctorum participandam, per fidem Christi in Euau-  
gelio, ut ante obseruationem legis, & ante omne bonum  
opus cernas præiuam gratiam & applicationem merito-  
rum Christi per uerbum & spiritu sanctum. Dein Christi  
meritorum participes facti per fidem, uocati & filii facti,  
incipimus obseruare precepta patris, & bona opera fa-  
cimus, postq; ipsi boni facti sumus.

An non Bonauentura tuus hoc sensit cum diceret, ne-  
si diuina electio esset, omnes essemus mali & reprobi.  
Hunc igitur fontem omnis boni necesse erat inquirere, ne  
in iuuulis cum pharisæo oberrantes, nobis tribueremus

uolentibus et currentibus, quod solius est Dei misericordia,  
Prædestinatione itaq; est gratia, uocatio est gratia, iustificatio  
item, deniq; glorificatio et tota Christiani uita, gratiae per  
Christum tribuenda est, nō preuijs operibus nostris, Atq;  
ita tu publice docuisti Anno 1514 ex sententia tue  
Marsili Gorheim & Britonis, nempe uocatione, iustifi-  
catione, finali perseuerantiam, libertatem uoluntatis  
ad bonum, breuiter omne dei beneficium quod homini ad  
salutem contingit, effectum esse prædestinationis diuinæ,  
cuius beneficij ineffabilis causam efficientem nō uidemus  
diuina, q̄ merum uoluntatis diuinæ beneplacitum Eph. 1.  
Finali uero, ut laudetur gloria gratiae Dei, quid hic a-  
lud q̄ immensam dei patris optimi bonitatem ceruumus,  
ut sileat omnis caro in conspectu Dei, Et qui gloriatur in  
Domino gloriatur, non in homine, Quæ omnia eō ten-  
dunt ut uideas gratiae præcones Lutheranos nihil in hac  
re docuisse à scripturis alienum, nam hæc omnia coherent  
& verissima sunt, passio Christi est nostra satisfactio,  
Ergo nos non satisfacimus pro peccatis, et si opera bona  
sunt necessaria, Christi operibus & meritis efficiuntur filii  
Dei per fidem, & quia filii, misit Deus spiritum filii sui  
in corda nostra clamantem Abba pater, spiritus carnem  
domat, & efficit ut ad patris cœlestis uoluntatem facien-  
dam accingamur, odiamus peccatum propter quod tan-  
tum dari premium oportuit, & quo pater optimus sic est  
offensus, hinc opera bona totis uiribus docentur agenda,  
jejunandum, uigilandum, orandum seruendū proximo,

nam hæc est natura spiritus, iij fructus hominis per spiritum  
Gal. 4. 5 tum renati, iam qui natus est ex Deo non peccat, est enim  
Rom. 3. 7 ex eorum numero in quibus nihil est damnationis propria  
1. Ioh. 5. ter Christum, quem fide possident, ergo in bono persevera  
Roma. 8. rat, querens immortalitatem, tandem uitam æternam accep-  
C. 11. cipiet Rom. 2. Non deletur liber uitæ cedro durior  
omni dona enim et uocatio Dei, eiusmodi sunt ut corū  
illum poenitire non possit, Sic nos recte, ut opinor, docu-  
imus et extulimus gratiam patris ex filii morte, citra hos  
norum operum iacturam, Atque hic etiam facile intelliga-  
mus quomodo Christus efficaciter pro quibusdam passus  
sit, nempe amicis suis, hoc est dilectis ab æterno propter  
dilectum. Amici autem non sunt suis operibus, sed amici  
per Christum facti, tandem faciunt quæ Christus precep-  
pit. Ideo uerba Christi Iohan. 15. Amici mei eritis, si fulge-  
ceritis quecumque præcipio uobis. Et illa Iohan. 13. Hec  
si nouastis, beati estis si faceritis ea, Non efficiunt ut nos  
intelligamus nostris operibus uelut præcedentibus merita-  
tis, tandem amicitiam Dei et uitam beatam emereri, sed  
uelut per certissimum fidei fructum rem ut est, simplicissi-  
me eloquuntur, consequentiæ indicant non causam, Nam  
qui faciunt quæ Christus iubet, certe amici Christi iam sunt  
Rom. 14. et erunt beati, Cur? Num propter hæc opera? Mi-  
hi, nisi enim iam ante amici Christi per fidem essent fa-  
cti, nihil tale operarentur, cum extra fidem facta sint pœna-  
ta, testantur uocationem, porro uocationem et iustificationem

certo subsequetur glorificatio, nā hæc se uelut cōcathena= Roma .8.  
tione quadam sequuntur. Amici Dei qui sint, cognos-  
scimus ex fructu, nam per hoc scimus ( ait Iohannes ) q;  
cognouimus Deum, si iussa illius obseruamus, qui dicit  
noui eum & precepta illius non seruat, mendax est, &  
veritas non est in eo, per hoc scimus q; in ipso sumus, qui  
dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse  
ambulare, Opera igitur bona fidei presentis & amicitiae  
Dei iam factæ, fructus & testimonia sunt, de quibus  
legimus .2. Petri. 1. Fratres operam date ut uocatio-  
nem & electionem uestram firmam efficiatis. Electio-  
nem nouimus per se firmam, ne uideamur æternam  
Dei consilium nostris factis stabilire, Firma itaq; est  
uocatio, nam qui Euangelium audit, credit & bap-  
tizatur, certe uocatus est, Ideo & glorificabitur,  
quia sp̄e iam saluus factus est, Vocatione igitur tam  
sancta digne ambulare debemus, ut electio nostra at= Roma .8.  
q; uocatio etiam apud nos stabilis sit, & proximo  
innotescat, nos esse filios Dei, Multa eiusmodi sunt  
in scripturis, ut .1. Thessalonicensium. 2. Ambula-  
te digne Deo qui uocauit uos in suum regnum ac glo-  
riam. Et eidem populo loquens Apostolus, dicit car-  
pice. 4. Dedit Deus spiritum sanctum suum in uos,  
Et alibi. Fratres scientes electionem uestram. Vbi ordi-  
nem iustificationis animaduertimus, Electionem, uoca-  
tionem, spiritu sancti missionem, uitamq; Euangelicam,

*Nam spiritus sanctus non datur nisi electis Dei filiis, & si  
subinde monentur ut pie & iuste uiuant, nec se accommo-  
dant ad figuram seculi huius, sed transformentur ut fiant  
noua in Christo creatura. Et Colos. 2. Quemadmodum  
aceperitis Christum, ita in eo ambulate, Accepitis Chris-  
tum, En uocationem & fidem, In eo ambulate, En opera  
bona, fructus spiritus fidei, Ergo ut semel finiam, amici  
facti sunt electione & uocatione per solam gratiam, non  
enim ex operibus, sed ex uocante hoc habetur, uocatis est  
gratia, percipientis autem consequenter sunt opera, non  
que gratiam pariant sed à gratia pariantur inquit Au-  
gustinus. Quare præfiniti ad conformitatem imaginis Christi  
liji Dei, uocantur & fide iustificantur, Reliquum est ut uic-  
tam uiuant, hac uocatione dignam, id est innocentem ad  
exemplum Christi compositam, qui sic ambulant sunt &  
amici Christi, quia uocati in consortium Christi, per eius fidem  
spiritum ad Christi præscriptum uiuant, internam fidem  
externo charitatis officio testantes, ut facere ea que Christus  
precipit, non faciat iam primum amicos Christi, sed  
amicitia iam facta, facit que precipiuntur & opera se-  
quuntur participationem meritorum, quia uocatio in-  
qua fides datur, facit participationem meritorum ex im-  
picio fit pius, ex arbore mala efficitur bona, que iuxta flu-  
enta coelestis gratiae plantata, dat fructum in tempore suo.  
Cum ergo uideamus opera bona sequi iustificationis gra-  
tiam, non causæ sed fructus iustificationis censemur, ut  
ubiq; agnoscatur & laudetur gloria gratie Dei, qua*

Rom. 9.8

Psal. 1.

Eph. 1.2.

seruati sumus per fidem, idq; non ex nobis, Dei donum  
est, non ex operibus ne quis glorietur, nam ipsius signifi-  
cum sumus conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ  
preparauerat Deus ut in eis ambularemus, quid igitur  
habes quod non accepisti? quis prior dedit illi & redde-  
tur ei? Rogamus igitur te tuosq; omnes qui nos simi-  
libus conuiitijs incessunt, ut cogitetis, non nos testacea  
iusticia & qui nihil sumus, sed ueritatem Dei æternam in  
nobis blasphemari, quoties doctrinam hanc de gratia Dei,  
de satisfactione Christi unica, & meritis, deq; fide non  
simulata suggillare non erubueritis, Iecerunt Apostoli  
primo fundamentū uerae fidei, dein superstruxerunt aurū  
argentum & lapides preciosos bonorum operum, quos  
nos secuti, suo unūquodq; loco exeq mur, Sed quorsum rā  
pior dum excuso ueritatem, mea excusatione nihil egen-  
tem: atamen doctrinæ scandalum quod in nobis crimi-  
naris, cum nullū sit, manibus & pedibus erat amoliendū.

Postremo capite, Primo contendis sacrificia noui te-  
stamenti non solum esse interna, Secundo preter inter-  
num sacrificium, etiam esse externum aliquod in novo te-  
stamento à sacerdote ministro peculiariter offerendum,  
Tertio spirituale sacrificium, quod spiritu & ueritate pa-  
ratur, absq; corporali obseruantia, esse commune legi na-  
turae scriptæ & Euangelice q; semper Dominus cor con-  
tritum exēgerit, proinde aliud sacrificij genus requirens  
dum esse in novo Testamento quod ei sit proprium &

1. Cor. 4.  
Rom. 11.

1. Cor. 3.

co<sup>m</sup>um, non autem inueniri aliud q<sup>uod</sup> Missam. Quod  
to adseris Malcizedecū obtulisse panem & uinū, atq<sup>ue</sup> hoc  
idem dein fecisse Christum per Malcizedec figuratum,  
quando obtulit p<sup>an</sup>em & uinum in cœna ant Missa.  
Respondeo, Si à littera legis ad spiritu iam transferimur,  
& satis est datum umbris & figuris Mosaicæ legis, si ut  
nec tu negas, carnis Dei cultus spirituali cedit & Ellas  
gelica lux, legis umbræ succedit, Cultus Dei transferen-  
dus in melius, et pro umbra uerae pietatis ipsa iam pietas  
amplectenda est. Quero igitur, an colere Deum in spiri-  
tu & ueritate (et si etiam in veteri lege necessarium esset  
ubi circumcisio carnis, absq<sup>ue</sup> ea que in spiritu est, nihil e-  
rat) non sit peculiaris cultus Dei in nouo Testamento à  
Christo sic præscriptus Iohan. 4. ? Excuse cir. amstan-  
tias Textus, & duplicem orandi modum à Christo com-  
memoratum inuenies. Cum enim Samaritana uidet  
dixisset, Patres nostri in hoc monte adorarunt, & uos  
dicitis, q<sup>uod</sup> Ierosolymis est locus ubi oporteat adorari,  
Christus hoc non negat, ubi primum id est Iudaicum  
colendi Dei modum certis locis alligatum ostendit, De  
inde omnia iam secus agenda indicaturus, addit, Mu-  
lier uenit hora & nunc est, quando neq<sup>ue</sup> in monte hoc,  
neq<sup>ue</sup> Ierosolymis adorabitis patrem, sed ueri adoratores,  
adorabunt patrem spiritu & ueritate, nam & pater tu-  
les querit qui adorent ipsum. Spiritus est Deus & eos  
qui adorant spiritu & ueritate oportet adorare, Ad quod

mulier, Scio q̄ Messias uenturus est, qui dicitur Christus,  
cum ergo uenerit ille, nobis nuntiabit omnia. Hic mani-  
festissime Euangelista, libertatem Euangeliū commonstrat,  
q̄ porro nulli certo loco Dei cultus sit alligandus Iudai-  
co more. Et euidentibus notis cultum Dei in nouo Testa-  
mento, à cultu diuino ueteris distinguit, nō q̄ olim ille tan-  
tum in Cæremonijs situs sit, absq; cordis innocentia, sed  
q̄ noua nunc & libera sit colendi Dei ratio sine necessi-  
tate locorum, temporum ac cæremoniarum corporali-  
um, que ratio hac cauſa uocatur alia, ab ea quam Moſe  
docuit, q̄ iam absq; seruitute legali fiat in ſpiritu liberta-  
tis. Ergo adorare in ſpiritu absq; seruitute legali, peculiari-  
tate nouo Testamento, cum in lege circumcisio car-  
nis, obſeruatio loci & temporis precepta, & uictimarum  
carnalium certa fuerit & p̄ſcripta ratio, preter orati-  
ones & circumcisionē cordis, In ſpiritu igitur & ueritate  
adorare etiam statui legali commune erat, quo æque ac  
iam hypocriſin Deus oderat, sed in ſpiritu & ueritate  
adorare absq; amixa cæremoniarum seruitute, hoc uero  
non erat legalibus cum Euangeliō commune, facit itaq;  
necessaria illa cæremoniarum seruitus, adorationi in  
ſpiritu tum adnexa, aliud Dei cultum à nostro distin-  
ctum, ut Iohān. 4. cernitur, qui legi proprius erat, quare  
et si eadem fuerint ſpiritualia ſacrificia in utroq; Testame-  
to, nō tū eodem modo, Nā patres et si circumcisione que  
ſpiritu conſtitut non littera, habere iuberentur, Deut. 10.

Cultus di-  
uinus no-  
uo Testa-  
menti proprius.

Circumcidite preputium cordis vestri. Tamen ad hanc  
legis quoq; ceremoniæ necessario tum eis erant obserua-  
dæ usq; ad Christum ,circumcidenda erat caro preputij,  
stati dies obseruandi, uictimæ præscriptæ non intermit-  
tendæ & hoc genus multa, ut quidam ex Rabbinis supra  
660. precepta legalia enumerarint ad que seruanda ob-  
ligati erant Iudei, iam autem uetera præterierunt, et no-  
ua facta sunt omnia ,successit Mosi Christus, quem nunc  
audiendum pater proponit Ecclesie, & hic alia sacra, &  
lias præscribit uictimas , carnalis Iudeorum religio pe-  
cudes mactabat, que ab impio etiam fieri potuit quod ad  
litteram attinet, iam alias uictimas requirit Christus , ne  
mirum ut offeramus illi nostra corpora , nō mortuas pe-  
cudes, sed uiuentem hostiam, spiritualemq; brutos adfictus  
contra legem Dei se uientes mactando pro iactinus , pro  
thymiamate puras preces è sinceri pectoris aræ in cæli  
subuolantes offerendo , Ideo Matth. 16. dicit discipulis,  
Si quis uult post me uenire , abneget semetipsum , collat  
crucem suam & sequatur me , qui enim uoluerit animam  
suam seruare , perdet eam, Rursus qui perdidit animam  
juam mea cauissa, inueniet eam. At dicens illa sui resignatio  
& in Abrahamo erat per fidem & patres legis corde  
contrito et humiliato spiritualiter sacrificarunt. Quis ne-  
gat ? sed ex debito legis etiam circumcidabantur seruabat  
Sabbatha, neomenias, delectum ciborum , pecudum uicti-  
mas, & reliqua pro ratione temporis tum seruanda usq;  
ad Christum. iam uero absq; Iudaismo, colimus Deum in

libertate qua Christus nos liberauit, in qua stare nos iubet  
Apostolus, ne rursus iugo seruitutis implicemur. Iam sa= =  
crificia spiritualia offerimus, peculiaria nouo testamento  
hoc nomine q̄ absoluta sunt à coeremoniaria seruitute, e= =  
rant & olim spiritualia, sed non mere spiritualia, cū sem= =  
per adiuncta obligatio ad externas obseruantias, eis ratio= =  
nem Euangelicæ libertatis ademerit, atq; ita aliud sacrifici= =  
iū genus constituerit. Quam mutationem Apostolus ad  
Heb. 10. indicat à propheta præuisam Psal. 40. Qua= =  
propter (inquit) cum ingressurus est in mundum dicit,  
Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti  
mīhi, holocausta & pro peccato non comprobasti,  
Tunc dixi, Ecce adsum (in capite libri scriptū est de me)  
ut faciam Deus uoluntatem tuam. Superius cum dicit, Sa= =  
crificium & oblationem & holocausta & pro pec= =  
cato noluisti, neq; comprobasti, que iuxta legem offerun= =  
tur, tunc dixit, Ecce adsum ut faciam Deus uoluntatem  
tuam, Tollerit prius ut posterius statuat, per quam uolun= =  
tam sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Chri= =  
sti semel peractam. Externum igitur sacrificiū nunc non  
est ullum, nisi ut exemplo Christi faciamus uoluntatem  
Dei & legem, non hypocritice, sed in medio cordis, Figu= =  
ram Dominus amplius non uult, cum corpus hoc est ue= =  
ritas cuius externa sacrificia tantum umbræ erant, adsit,  
Et sic adsit ut non solum res ipsa per figuræ legales sig= =  
nificata olim, iam sit exhibita, siccq; Iudaica sacrificia  
cessarint, sed ut in nouo Testamento penitus nō paciatur

externum fucum, externis Iudeorum sacrificijs similem.  
Sed ad Malcizedec ueniamus, Tua iura nos a riuidis  
ad fontem reuocant, et in dubijs scripturæ locis iubent ad  
ueritatē hebraicā cōfugere, si q̄s nodus in veteri Testa-  
mento sic legimus historiam de Malcizedec, **מלכִּזְדָּק חֹזֵא לְחַסְׁן וְהַוָּא בְּחַן לְאָלָל עַלְיוֹן**  
Et ita habet Textus emēdatus apud Latinos, El-  
Malcizedec rex Salem protulit panem & uinum, & ipse  
sacerdos Dei altissimi, Similiter Thargum **טַלְבִּיצְרָךְ אֲפִיק לְחוּם וְחַמֶּר וְהַוָּא בְּשִׁמְשָׁש**  
eduxit panem & uinū & ipse minister &c. Claritas huic  
us textus omnem uobis statuēdi noui sacrificij ansam tol-  
lit, Et ratiocinatio illa tua nihil urget, Non sequitur, ita tu  
dicis, protulit, ergo nō obtulit. Respondeo, Cetera et clara  
sunt quæ scriptura dicit, nempe Malcizedec panem &  
uinū p̄tulisse, hoc nitimur, nec disputamus quid possibile  
fuerit, sed qđ factū sit, nec curamus qđ alias cū alio pug-  
net, certe hic protulit nō obtulit legimus, ac ne in hoc p̄  
lata credas ut offerret panem & uinū, Textus obstat qui  
habet **וְהַוָּא בְּחַן** ubi nos in Latina uerstione corrupte  
legimus, Erat enim sacerdos, quasi ideo sacerdos fuerit ut  
panē et uinū p̄ferret, Redde singula singulis & planus  
erit sensus, Erat rex & pro regia munificentia panem et  
uinum ad edendum & b. bendum p̄tulit, non ut sacrificia-  
ret, sed ut reficeret, Erat & sacerdos, ideo benedixit, hoc  
est bona precatus est uictori Abrāhā coram Dñō & sa-  
lutem nunciavit. Demiror autē cur hoc loco Lyram prae-

feras Hieronymo, hoc est lucernulam Soli, & sic abhorat  
reas ab ea sententia quam Hieronymus non in hoc refert  
ut reprobet, sed ut ea de re interrogantem certioribus ex-  
rudat, cum enim Origenis ac Dydymi somnium impium  
refutasset, qui Malcizedec opinabantur angelum esse, non  
hominem, mox ad ueritatem historiae adserendam, hebræ  
orum traditionē adfert, q. ne quis Malcizedecū uerū ho-  
minem fuisse dubitaret. Primum Noah filiū uocant, quē  
scriptura Sem nominat, Tum Malcizedec obuiam pro-  
cessisse dicunt Abrahamo & in refectionem tam ipsius q.  
pugnatorum eius panes uinumq; protulisse, non dicit in  
sacrificium, sed in refectionem. Et tu hæc inuertis & di-  
cis, Imo idō protulit ut offerret, unde hoc probabis? Nā  
cetero sacerdos fuit, ergo panem & uinum obtulit, Nam  
sacerdotem fuisse scriptura testatur, ne non quadraret fi-  
gura ueritati, & collatio figuræ ad ueritatem probe con-  
stat in appellatiō nominis & generis, sacerdotijq; ppe-  
tuitate, sed quid obtulerit nō definit scriptura, quare teme-  
rariū fuerit absq; scripturis, solis fretum opinionibus de-  
finire genus sacrificij. Certe Flavius Iosephus Iudaicarū  
verū nequaq; ignarus, ignorauit hoc genus sacrificij Mal-  
cizedec in pane et uino, cū ait, Ministravit iste Malcize-  
dec Abraham exercitui xenia & multam abundantiam  
rerū opportunarū simul exhibuit, & sup epulas eū co-  
laudare cœpit, & bñdicere Deū qui ei subderat inimicos.  
Hic habes qd hominibus et deo exhibuerit Malcizedec,

hominibus bellatoribus dedit xenia , Deo laudes & gratiarum actionem propter uictoriam . At si haec , quamq; non uana , tibi minus satissimunt , qui forte no dabis Sacerdotum Malcizedec in scripturis expressum , & sacrificium pentus obmissum , age non grauabor cruentariae ueritatis studio sacrificiū Malcizedec in scripturis querere , nam & ipse scelus inexpiable arbitror scripturis sans etis uim facere , ne putas me tantum querere ut dicam , no etiam quid dicam . Observauui itaq; no raro , ueterum preceptuos in ea fuisse sententia ut in Malcizedec sacrificij dominici sacramentum præfiguratum putarint , Expendebam illud Basilij , Necesse est sacrificium Malcizedec esse cuius antitypon sit in Christo , Illudq; Hieronymi , Malcizedec non carnis & sanguinis uictimas immolauit & brutorum sanguinem , eorum animalium exta , id est quicquid super escam est , suscepit , sed pane & uino simpliciter puroq; sacrificio Christi dedicauit sacramentum . Tum querebam quid nam illud esset , in quo Malcizedec representasset Christi sacerdotium cum Apostolus Heb , 7 . ex Psal . 110 . scripsit , Sacerdotium Christi esse κατὰ τὸν Τόξινον Malcizedec , ut omnino in Τόξινον subesse Mystrum aliquod uideretur , Malcizedec quidem & γένερος οὗτος est nec initium dierum neque finem uite habens , sed assimulatus filio Dei , manet sacerdos in perpetuum , accipit decimas ab Abraham , cui benedixit . Sed decimatio & benedictio non uidebantur esse causae , propter quas Christus nominetur sacerdos secundum ordinem

Malcizedec, magis q̄ secundum ordinem Aheron, cum  
Aheron decimas accepit à populo & benedixerit,  
Ergo in collatioē figuræ ad ueritatem, penetrandum ex-  
istimabam ad peculiarem aliquam sacrificandi rationem  
Malcizedec, ut habeatur tandem ordinatio illa unde Chri-  
stus appellationem accipit ut secundum ordinem Malci-  
zedec, non Aheron dicatur esse sacerdos. Porro querenti  
sacrificium Malcizedec sacerdotis, nullum aliud in scrip-  
tūs omnia necessaria docētibus occurrebat nominatim,  
q̄ panis & uinum, quæ ut ille maxime dicatur proferre,  
non offerre, ne tamen Sacerdos tam insignis absq; sacri-  
ficio fuisse dicatur, sc̄d q; rationē figuræ minus præstisſe,  
dicendus etiam mihi uidebatur eadem obtulisse quemad-  
modum Cyprianus scribit, ut in Genesi per Malcizedec  
sacerdotem benedictio circa Abraham possit rite celebra-  
ri, præcessit ante imago sacrificij in pane & uino scilicet  
constituta. Et Isychius Nazianzeni quondam discipulus  
Malcizedec oblationem & sacerdotum in panibus possi-  
debat, propter quod et Abrahæ, panes gerens et uinum,  
que erant signa eius sacerdotij, occurrit, gerebat enim  
imaginem Christi. Hinc & illa mihi cogitatio, Si Malci-  
zedec panem & uinum obtulit in figura, Ergo Christus  
qui omnia in sacrificijs ueterum de Meschiah futuro præ-  
figurata, consummavit, tandem iuxta ordinationem Mal-  
cizedec factus sacerdos obtulit panem & uinum, id cum  
in coena ultima factum esse existimetur, & mandatum ut  
idem porro faciamus, consequitur ut panis & calix

Eucharistæ in Ecclesia ad perpetuitatem exprimendam  
sacerdotij Christi quotidianæ sunt offerenda, & hoc erit ius-  
ge sacrificium in Ecclesia, haec sunt quæ & me aliquando  
diu torserunt,

Neq; tamen ex ijs consequitur, quod tu speras, nam  
& alia quedam sunt, non minus consideranda nobis, q;  
haec quæ induximus, ut enim demus, panem & uinum  
fuisse sacrificium figuralis sacerdotis Malcizedec, non tu-  
men protinus sequitur ut & nos in nouo Testamento, p; de  
nem offeramus & uinum more uestro, Malcizedec typus  
quis quidem Saluatoris erat, Typus preteriit, ueritas ab  
in Christo impleta, qui, ne in nouo Testa. iterum figuris  
ludamus, non docuit panem pro peccatis nostris offerre  
& uinum, ubi enim ueritatis foret supra figurā pretermi-  
nentia? Sed ostendit panem uerum de cœlo uenisse, &  
potum uiuificum quibus uere reficimur in uitam eternam Iohani. &. his enim refecti non amplius ejuriant &  
situunt. Hunc panem & hoc uinum mysticum, Sacerdos  
noster uerius in cruce obtulit pro nobis, quando corpus  
dedit oblationem & sanguinem fudit pro nobis in re-  
missionem peccatorum, quæ & nobis, quos redemit, in  
cibum & potum uitæ immortalis legauit, iugiter sub pa-  
ne et uino coenæ dominice sumenda cum gratiarum actio-  
ne, En figuræ completionem in Christo. Nam agitur de  
uero pane qui à fame æterna liberat, sic habetur ordina-

Ita illa cuius meminit Apostolus ex prophetia David;  
panem & uinum obtulit Malcizedec Deo, non pecudes  
ut & tu adstruis. Christus item obtulit panem & uinum,  
non panem ex aqua & farina coctum, aut uinum de vite  
in coena, ubi etiam de edendo & bibendo corpus & san-  
guinem Domini mandatum est, non de offerendo, & si  
futurum oblationis, iam autem factae mentio fiat, pa-  
nem igitur uerum Christus obtulit, nempe scipsum, &  
uinum uerum quo laetificantur corda credentium, nempe  
sanguinem suum, quo fidelium mentes usq; ad contemp-  
tum huius uitæ mortalis feciiter inebriantur. Quod &  
ille sensit cuius commentarij in psalmos, Hieronymi titu-  
lo leguntur. Quomodo (inquit) Malcizedec rex Salem  
obtulit panem & uinum, sic et tu offires corpus tuum  
& sanguinem, uerum panem & uerum uinum.

Interim & hoc uigilanter consydera, quod A=  
postolus ad Hebre. 7. ait, Christum exortum sacer=  
dotem qui non iuxta legem mandati carnis factus fit,  
sed iuxta potentiam uitæ indissolubilis. Vnde mox di=  
scitur, Christum secundum ordinem Malcizedec dici-  
factum sacerdotem, hoc est æternum, qui non ut Ahe=  
ron successores habeat, sed idem ipse permanet sacer=br/>dos in æternū. Tū discitur Christum sacerdotē ordinatū  
non legali ordinatione, quæ tribū Leuiticā tantū respicie=br/>bat, multoq; habebat materiales et id genus alia tēpalia,

unde nulla uel Aheroni uel populo proueniebat iustifica-  
tio & pax mentis, sed ordinatione alia extra tribum Le-  
uiticam, nempe ex tribu Iuda, qua non sacerdos tantū est,  
sed & rex, & rex iustitiae & pacis, iustitia enim uera &  
pax stabilis ex regno & sacerdotio Christi credentibus  
obtingunt, pse enim est pax nostra Ephe. 2. Complacit  
tum est patri per illum conciliare cuncta erga se pacifi-  
catis per sanguinem crucis eius per cundem, siue que in  
terra sunt, siue que in cœlis, sicut cum Iesaiā principia  
pacis uocat cap. 9. & Secharia regem iustum. Contra  
stat igitur quid uelit mysterium quod in uerbo τὸν γένη αὐτὸν  
**רְבָרָתִי** significatur, in quo preeminentia sacerdotij  
Christi, pre sacerdotio Leuitico ostenditur, Nam sacerdos  
Aheron eligitur iuxta legem ex sacerdotali tribu Leui,  
Malcizedec figura Christi Chananeus erat, non ex stirpe  
Israel, Christus item non ex Tribu Leui, sed ex regalitate  
Iuda, Aheron tantum erat sacerdos, sed non rex, Mal-  
cizedec & rex & sacerdos, Christus item uere rex &  
sacerdos. Aheron citra iusurandum sacerdos factus est,  
At filium Christum sermo iurisurandi, qui supra legem fuit,  
constitut sacerdotem in æternum consummatum, Aher-  
on oleo sacerdotali unctionis est, Christus iuxta Iesaiā cap.  
61. spiritu sancto & oleo læticie pre confortibus suis.  
Aheron iuxta legem in hoc ordinatus ut irrationalib[us]  
uictimis sacrificet quotannis, Malcizedec ante legem d[omi]ni  
tam panem & uinum semel tantum legitur protulisse vel  
obiuisse, Et Christus semetipsum panem uerū semel tantum

obtulit in cruce, Aheron in manufacta Sancta quotannis  
ingrediebatur cum alieno sanguine, Christus in perfectius  
tabernaculum, nempe cœlum ingressus est semel per  
proprium sanguinem. Aheron peccator pro proprijs pec-  
catis prius obtulit iuictimas, Malcizedec non introduci-  
tur ut peccator, sed uocatur rex iustitiae, Et Christus uere  
summis pontifex, innocens, impollutus, segregatus à pec-  
catoribus pro alienis tantum peccatis sacrificauit, Aherō  
ex Leui filius Amram ex Iochebed & moritur in monte  
Hor, Mortuus successorem reliquit Eleazarum Sacerdo-  
tem, Malcizedec absq; mentione ortus & mortis & suc-  
cessoris subito introducitur. Christus itē sacerdos in æter-  
num immortalis, de quo in Psal. 110. Ante luciferum  
genuite, Et in Micha, Egressus dominatoris in Israel ab  
initio à diebus æternitatis, & quia manet in æternum,  
perpetuum habet sacerdotium, semel enim mortuus est,  
sed resurrexit & amplius non moritur, quippe uictor  
mortis semper uiuēs ad hoc ut pro nobis interpellet apud  
patrem. Aheron legem litteræ predicabat in tabulis scri-  
ptam apideis, quæ iram operatur, & administratio mor-  
tis est maledictionem igitur nunciauit, cum lex peccato-  
res maledictos pronuntiet, Malcizedec non legitur male-  
dictus Abrahamo, sed tantum benedixisse habenti pro-  
missiones, Et Christus spiritum nobis meruit, & legem  
spiritus uite scribit in tabulis cordium carnis, gratiam  
& benedictionem patris nobis annuntiat & confert ipse  
benedictus in ecclia.

Postremo & in decimatione

non nihil est discr̄ m̄nis , q̄uis enim Aheron iuxta legem  
à populo decimas acceperit, Decimatus est tamen & ipse  
in Abraham, cum interim Malcizedec non legatur deci-  
matus , sed tantum accepisse decimas ab Abraham tanto  
patriarcha totius gentis auctore, ut & benedictio singula-  
ris Malcizedec & decimationis privilegiū, cauſe uideri  
possint haudquaq̄ leues , Cur Christus sacerdos secundū  
ordinem Malcizedec, & nō potius secundū ordinē Abe-  
ron esse dicatur, nam et si Christus q̄tum ad corporis filii  
stantiā attinet , in Abraham fuerit, ut pote Abraham filius  
secundum carnem, non tñ secundū rationem seminalem  
impuram, ideo nec in eo decimatus est, Deniq̄ solus ille  
benedictū est semen , per quod Deus nos benedixit omni-  
benedictione spirituali in coelestibus Gene. 22. Gal. 3. 8.  
phe. 1. Et ipse solus à maledicto legis nos redemit.

Hac collatione satis ut arbitror sit perspicuum, implere  
esse in Christo pane uero & uisifico que olim figurauit  
in Malcizedec præcesserunt, ut iam non sit necesse quois  
tidianum sacrificium erigere ad figurę completionem.  
Quòd autem Christus sui unici sacrificij memoria in pte-  
ne & uno que corpus et sanguis eius sunt, instituit, certe  
non conuincit ut panis Dñi & uini quotidianè p̄ peccatis  
in Ecclesia Deo patri recte dicantur offerri ad stabiliens  
dam sacerdotij Christi eternitatē p̄ iugem illam Panis &  
uini oblationem, Nam Paulus ad Heb. 7. de eternitate sa-  
cerdotij loquitur, qua Christus semper manet & de uisa

cerdotij eius, hoc est, Reconciliatione, remissionēq; pec-  
atorum, durante in æternū. Quod si de assiduitate quo-  
tidie rursum sacrificandi intellexeris Apostolum, sic ut  
assidua quotidie sacrificatio nomen indat perpetuitatis,  
sacerdotio illi permanenti, necesse erit ut panis & uinum  
Domini in æternum offerantur, quod cum non fiat, ali-  
unde pendebit illa sacerdotij perpetuitas. Nam etiam si  
Christus panem & uinum in cœna obtulisset, offerre tñ  
desistit & nostra item oblatio in cœna cessabit quando  
Dñs uenerit ad iudicium iuxta illud, Annunciate mortem  
Dñi, donec uenerit, quare si perpetuitas illa sacerdotij  
Christi, penderet à perpetuitate offerendi in Ecclesia panē  
& uinū, gloriosissimū certe hoc sacerdotii breui finire-  
tur, nempe in consummatione seculi, ubi oblatio illa cœ-  
ne cessabit. Potius igitur hanc appellationem sortitur à  
permanentia sacerdotis immortalis, & ui fructuq; sacri-  
ficij illius unici uere sanctificantis in perpetuum electos,  
nam enim nosmetipsos & hostiam laudis offerre debe-  
mus semper Deo patri, sed per Christum filium Heb. 13.  
qui apparet nunc & semper in conspectu Dei pro no-  
bis, semperq; uiuens sacerdos, semper intercedit pro  
nobis. Et semper nos nostrāq; sacrificia Deo commen-  
dat uirtute unius oblationis sue, Domino Deo nos  
perpetuo gratificantis, habemus itaq; æternum sacer-  
dotem, & æternum sacrificium, non ab actu offeren-  
di si exakte loquimur, nam Apostolo teste, apparet in  
conspectu Dei p nobis, nō ut sepius offerat semetipsum,

Sed sacrificium æternum à virtute , unica enim oblatione  
perfectorum effectus in perpetuum eos quod sanctificantur Heb. 10.

SVMMA.

Non queritur, num in Ecclesia, debeant sacrificia  
esse, nemo enim piorum dubitat, esse in Ecclesia omnino  
sacrificandum, nisi quis ita delirat ut nulla ratione iungat  
nos Deo posse aut debere, nullum penitus nobis cū Deo  
ineundum commercium, nec Deo adherendum existimet,  
ut contra omnium creaturarum ordinem solus homo in-  
fructuosus et ingratus uiuat, & absque; omni usu torpecat.

Illud autem queritur, An, non obstante uero & per-  
fecto Christi in cruce pro peccatis sacrificio, tam in Eccle-  
sia sic iuge aliquod sacrificium exterrnum pro peccatis ui-  
orum et mortuorum, à prophetis prædictum, à Christo  
institutum, & ab Apostolis frequentatum? Non igitur  
de genere sed de specie cōtrouersia est, quandoquidem sacri-  
ficia esse in Ecclesia uno ore docenuis omnes, sacrificium  
um autem quotidianū pro peccatis num sit, disputatur.  
Quo loco peruidenda nobis est ex figuris legalibus Sacra-  
sacrificij ratio, & uictimarum species considerande, Tum  
noue Testamenti ueritas umbris legalibus respondens co-  
sideranda est, ut quid completum sit in Christo, quid etiam  
num usque ad consummationem seculi compleendum restet  
in Ecclesia intelligamus.

In sacrificijs igitur legalibus querebatur explatio  
peccati, pax cōscientiae, unitio hominis cum Deo creatore  
suo

suo agebantur item gratiae pro acceptis beneficijs , Quæ omnia significabantur quidem in lege , at non prestabantur , nam nihil ad perfectionem adduxit lex Heb . 7 . uerum erat introductio ad spem potiorem , per quam ap\* propinquamus Deo , adumbrabant autem illa ueritatem in Christo & Ecclesia implendam .

Sacerdotis figuralis erat orare pro populo , intercedere , offerre , propiciare , ut ex Leuitico patet , quid au\* tem hæc figura præstiterit Apostolus Heb . 10 . ostndit , Lex ( inquit ) umbram obtinens futurorum honorum , non ipsam imaginem rerum , his hostijs quas singulis an\* nis easdem continententer offerunt , nunq̄ potest accedentes perfectos reddere , alioqui nonne desijssent offerri , prop= terea q̄ nullam iam habuissent conscientiam peccatorum qui sacrificassent ac semel purgati essent , at qui in istis cō= memoratio fit peccatorum quotannis , non enim potest sanguis taurorum & hircorū afferre peccata . Et infra . Omnis sacerdos assistit quotidiane , sacra peragens , & easdem sepius offerens hostias , quæ nunq̄ possunt afferre peccata . Hic uero una pro peccatis oblata uictima , pers= petuo sedet ad dexteram Dei , unica enim oblatione per= fectos effæcit in perpetuum eos qui sanctificantur , Om\* nia itaq; veteris legis sacrificia q̄libet uaria , unius tamen ueri & perfecti sacrificij noui Testamenti , nempe Christi in cruce immolati , figure erant , ut clare Apostolus ad Heb . per totum docuit , Et Augustinus lib . 18 . de Ciuit . Dei cap . 11 . Moses ( inquit ) Christum prophetauit per

Q

figuras obseruationum carnalium, in tabernaculo & sa-  
cerdotio & sacrificijs, alijsq; mysticis plurimisq; mādati.

Ad hæc nonnulla Synagogæ sacrificia, sacrificiorum  
etiam Ecclesiæ catholice, umbre erant, ut ostendit Au-  
gustinus lib. 10. de Ciuit. Dei. cap. 5. Vbi scripsit rebus  
illis, eas res fuisse significatas que aguntur in nobis, ad hoc  
ut inhæreamus Deo, & ad eundem finem proximo con-  
sulamus, ut sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificij sacra-  
mentum, id est sacrum signum fuerit, quo loco recense-  
Ecclesiæ sacrificia, nos ipsos iuxta Apostolum Rom. 12.  
Cor contritum & misericordiam, dicens, quecumq; in  
ministerio Tabernaculi sive templi multis modis de sacri-  
ficijs leguntur diuinitus esse precepta, ad dilectionem Dei  
& proximi significando referuntur. Iam quale sit Christi  
sacerdotiū, & q̄ efficax post umbrā ueritas, dissipatam.

Constat autem multo maiorem esse præminentiam  
maiestatem, uim & fructum ueri sacerdotij Christi, q̄ ut  
plene potuerit per leuiticos sacerdotes, sacerdotium legge-  
le, & eius officium præfigurari.

Bifariam igitur clare Sacerdotum Chri-  
sti, cum sacrificio & effectibus, præ-  
figuratum legimus in scripturis.

ANTE LEGEM p Malcizedec, sacerdotem mira-  
bilem, nā simul erat rex Salem & iustitiae, sine patre, sine  
matre introducitur, non legitur eius inicū et finis, nullus

anteceſſor, nullus item ſuccelloc in hac figura, benedicit  
tantum, que omnia ſingularia erant in Malcizedec, nec  
reperiebantur in Aheronis ſacerdotio, Nunc cogita an  
ſola ratione panis et uini prolati uel oblati potuerit Mal-  
cizedec dici et haberi ſingularis quedam et precellens  
figura Christi ſacerdotis ueri, Certe multis non uidetur,  
quandoquidem et in Leuitico ſacerdotio panis et ui-  
num offerri ſolita fuerint Leuit. 23. Exo. 29. Num. 15.  
28. ut ritus ille ſacrificandi pane et uino, fuerit Malci-  
zedec et Aheroni communis, Ritus autem Malcizedec  
ſingularis ille, iuxta quem Christus conſtitutus eſt ſacer-  
dos, Eſt regalem ſacerdotem eſſe, tantum benedicere, no-  
habere inicium dierum, neq; finem uit.e, anteceſſorem aut  
ſuccelloc in ſacerdotio, que non cernimus fuſſe in Le-  
uitico ſacerdotio Heb. 7. Cogitet hic lector, an tutum fit  
ſemper et in omnibus, ſcripturis non coſultis, patres seq,  
Arnobius non ueretur dicere, Malcizedec ſolum in ſacer-  
dotibus obtuliffe panem et uinum, cum tamen in ſacerdo-  
tio legali idem eſſe factum legamus.

<sup>2</sup> IN LEGE Moſi p. Aheronem et Leuiticum ſacer-  
dotium, ſacrificia legis atq; id genus umbras, ubi cernis ex  
terios cultus, iuſtificationem carnis, Tabernaculum,  
ſanctionem, sanctum Sanctorum, arcam Testamenti, Ta-  
bulas testamenti, propiciatorium, Cherubim, lucernas,  
mensam, panes propositouis, Manna, targam Aheron,  
atq; hoc genus reliqua figuralia.

Sacrificia item multifaria, agnum paschalem, holos  
caustum, sacrificium pro peccatis, sacrificium expiatiois,  
pro delicto, hostiam pacificam, & grattarum actionis,  
munus, donum, libamentum, iuge sacrificium.

Ex ijs quædam cruenta sacrificia, quædam in cruce  
oblationes, sicut in Leuitico hæc omnia recensentur Ag<sup>z</sup>  
nus, hedus, bos, turtures, columbae, uitulus, hircus, capra,  
aries, passeres, uacca rufa, caper emissarius, manipulus  
spicarum primitæ messis, duo panes primitarū, similes  
panis coctus.

Hæc omnia offerebantur in figura ad tempus, sancta  
monia in ijs tantum mundana, nulla perfectio, successio  
nes sacerdotum erant, iterationes hostiarum, peccatorum  
non abolitio, sed commemoratione.

Quis igitur peccata uere tollit & expi  
at? quis sacerdos in æternum  
manens q̄ hæc omnia perficiat?

Psal. 40. Spiritus s. docet, quomodo imperfecta legis  
sacrificia respiuntur, Et in plenitudine temporis, Ipse in  
troducit filius Dei in mundum uerus sacerdos ut scrips  
turæ impleat, sacrificia umbratica finiat, peccata que lex  
non auferit sed multiplicat, ipse innocens agnus tollat, ues  
ram iustitiam Dei, comprobata testimonio legis ac prea  
phetarū adferat, peccatum fiat, ut nos per illum iustitia Dei  
efficiamur. Hic offert Dco patri, non pecudem aliis  
quam, sed corpus suum & sanguinem, qua unica crucis  
hostia Deo in odorē uiuifæ fragrantæ oblata, sacrificia

legis euaduauit, unicāq; oblationē pfectos effecit in perpetuū electos, eternam enī redemptonem repperit per sanguinem proprium remissionem peccatorum. Nouum testamentum confirmatum est, placatus Deus, peccatorū amplius non recordabitur filijs testamenti, nam ea propter filij sanguinem remisit, ubi autem horum est remissio, non est amplius oblatio pro peccato Hebræ. 10. Verum itaq; holocaustum Christus factus est in cruce, hostia ueræ expiationis & pro peccato, de peccato condemnans peccatum Rom. 8. cuius sanguis emundat nos ab omni peccato, Ipse est hostia pacifica, nam pacem habemus erga Deum per Christum Rom. 5. Ipse est panis uiuus dans uitam ueram mundo, & si quae sunt aliæ sacrificiorum rationes in Christo perfectissime cernuntur.

Quare in confessō est figurās de sacrificijs pro peccato, expiationis, pacificationis, in Christo capite impletas per oblationem semel in cruce factam.

Quedam ex sacrificijs etiamnum in corpore Christi Ecclesia suo modo complentur, ut dum ipsa per Christū offert uictimas spirituales. 1. Pet. 2. Se Deo in hostiam offert. Roma. 12. dum offert זבח התוֹרָה uictimam gratiarū actionis, & hostiam laudis, dū benefacit proximo Heb. 13. dum in omni loco mane & uesperi, imō om̄ tempore זבח הַמִּזְבֵּחַ offert benedicens Dominum, Ecclesia enim beneficia à Deo accipit, Ideo gratiarum actionis hostiam offert, Non autem ipsa se purgat, sed à Christo purgatur, ad hoc enim Christus datus est nobis, hoc agit

Sacerdotium illud Christi æternum & sanctissimum, ut  
copiose docet in Heb. Apostolus, qui de tanto sacerdote  
uerba facturus, protinus ab initio Epistole sic de Christo  
loquitur per semetipsum purgatione facta peccatorū no-  
strorum consedit in dextera maiestatis in excelsis.  
Et per omnes Epistolas fructum huius sacerdotij Christi  
& sacrificij dignissime explicat.

Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filii.

Galat. 1. dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut  
eriperet &c.

Gal. 3. Christus nos à maledicto legis redemit.

Galat. 4. Christus factus legi obnoxius, ut legi ob-  
noxios redimeret.

Ephe. 1. Coloſſ. 1. Habemus redemptionem per san-  
guinem eius remissionem peccatorum.

Ephe. 5. semetipsum exposuit pro Ecclesia, ut illam  
sanctificaret.

Coloſſ. 1. Reconciliavit nos in corpore carnis sue  
per mortem.

Coloſſ. 2. Deleuit chirographū quod erat contra nos  
triumphauit principatus & potestates per semetipsum.

1. Thessaloni. 4. Christus mortuus est pro nobis, ut  
simul cum illo uiuamus.

1. Timoth. 2. Dedit semetipsum precium redemptio-  
nis pro omnibus.

2. Timo. 1. mortem aboleuit, uitam in lucem p̄duxit.

Tit. 2. Dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret.

nos ab omni iniquitate.

Hebræ. 2. Per gratiam Dei pro omnibus gustauit mortem. Aboleuit eum qui mortis habebat imperium, liberos reddidit metu mortis obnoxios.

Heb. 5. Ex his quæ passus est obedientiam didicit, & perfectus redditus est omnibus sibi obedientibus causa salutis æternæ fuit.

Hebre. 10. per oblationem corporis Christi semel peractam sanctificati sumus.

Habita igitur figurarum de sacrificijs impletione, & fructu unici sacrificij uere sanctificantis, et Deo hominē iungentis presente, Restat meritorum eius distributio, Quō igitur fructus mortis Dñicæ ad nos dimanat?

Hic scindimur in contraria dogmata.  
Nos in fide per uerbum Dei & sacramenta à Deo instituta, participes fieri electos meritorum & fructuum dominice passionis docemus. Quemadmodum in eadenz ad Heb. epistola Paulus docet, Omnibus (inquit) qui sibi obedierunt Christus fuit causa salutis æternæ. En qui obediunt Christo, habent autorem æternæ salutis Christum, participant fructum mortis Christi, ab æterna morte liberantur. Quomodo autem Christo obeditur? quando resipiscimus & credimus Euangelio, Mar. 1. Iohann. 3. Qui credit in Christum non perit, sed habet uitam æternam. Credentibus igitur merita Christi applicantur per fidem, cum enim a spiritu sancto illuminantur ut credant Euangelio Iesu Christi,

mox filij Dei fiunt, eōq; omnīū honorum in Christo hē  
redes, sicut uniuersa testatur scriptura.

Vos qui à pontifice statis, et si admittatis, Sacrificia legi  
gis in uictima Christi in cruce esse euacuata, nihilominus  
tamen quasi non plene sit satsfactum pro peccatis, nec  
completa expiatio in opere Christi, ex Missa non tantum  
memoriale sacrificijs expiationis facitis, sed etiam sacrifici  
cium uerum pro peccatis quotidianum, quod ueniale &  
mortale peccatum sumentū, & eorum pro quibus offer  
tur, tollat, q̄tum ad reatum culpe & pœnæ, hec enī sunt  
dogmata uestra. Sacrificium Missæ operatur peccati ex  
piationem, pacis stabilitatem, cordis cum Deo unionem &  
gratarum actionem, nam representatur oblatio passionis  
Christi tota actione gestuum, uerborum, rituum & uestrū  
hoc modo. Christus offertur Deo patri quotidie, & per  
huiusmodi actionem representationis applicantur Eccles  
iae, fructus & merita passionis, ut sacramentum Euchas  
ristie non solum sit memoriale passionis Christi, sed etiam  
munus Deo acceptissimum, quo Deum placamus super  
offensis. Ex his dogmatibus intelligimus, non tam pro  
accepta remissione peccatorū uos agere gratias, q̄ offerre  
iamprimum pro emerenda peccatorum uenia, et hac no  
ua oblatione docetis fieri participationem meritorum uel  
applicationem, ubi tamen Christus non offert, quia con  
summauit opus redemptionis in cruce, sed propter opus  
oblationis uestræ remissionem peccatorū & pacem cons  
cientiæ in Missa statuitis.

Gab. lecti.

85. in ca  
no. lit. L.

Nos in cena sacrificii libenter admittimus, sed gratia  
harum actionis, laudis, contriti cordis, ubi Ecclesia unico  
Christi sacrificio incorporata offertur, sed non pro pec-  
catis tollendis.

Cum itaque ex nullis figurarum legalium in uolucris,  
prophetarum uaticinijs aut apertis noui Testamenti locis  
colligi possit, Missam uestram esse quotidianum pro pec-  
catis sacrificium, hisque utriusque Testamenti scripturis Ec-  
clesia Christi in rebus fidei contenta sit, nec ullum fidei ar-  
ticulum sciens et uolens recipiat, nisi scripturæ sanctæ au-  
toritate firmatum. Consequitur non licere nobis, ut uestris  
de Missali sacrificio dogma tanquam fidei articulum recipia-  
mus, solisque Ecclesiæ titulo commoueri nos paciamur aut  
longa consuetudine, sic monente Sancto Cypriano, Con-  
suetudo sine ueritate, uetus erroris est, propter quod  
relicto errore sequamur ueritatem, scientes quia & apud  
Esdras ueritas uicit, si ad diuinæ traditionis caput & or-  
iginem reuertamur, cessat error humanus, quod nunc  
saccre oportet Dei sacerdotes precepta diuina seruantes,  
ut in aliquo si nutauerit & uacillauerit ueritas, ad origi-  
nem dominicanam & Euangelicam & apostolicam tradi-  
tionem reuertanur, et inde surgat actus nostri ratio, un-  
de & ordo & origo surrexit. Recte enim dixit Tertullius  
Quodcumque aduersus ueritatem sapit, hoc erit ha-  
eres, etiam uetus consuetudo. Atque ita sentientes non  
contemnimus matrem Ecclesiam, sed summa iueneratio-  
ne prosequimur, docentes eam non posse aut debere cuius

uslibet dogmatis autorem censeri, cum uenerabunda & so-  
lo Christi ore, hoc est uerbo Dei pendeat, Iohann. 10.  
Minus certe honorifice de Ecclesia sentiunt, immo in ma-  
trem iniurij sunt, qui ei quiduis audent adscribere.

Hic Ecci doctissime, per sanctissimam illam Chri-  
sti hostiam, ob cuius uim manifestandam ambo nunc scri-  
bimus, te obsecro & obtestor, ne protinus obdurata  
malicia fieri iudices, cum non patimur nouam ali-  
quam hostiam satisfactoriam quotidianie offerendam in  
Ecclesia, ad applicanda Christi merita necessaria Scripturae  
statui, summa certe & plane necessaria nam scrip-  
tu ris sanctis credimus sufficientem fidei catholicae do-  
ctrinam tradi. Et constanter cum Constantino Ce-  
sare dicimus, ut est apud Theodoretum in Ecclesiast.  
Euangelici libri sunt & Apostolici antiquorumq; pro-  
phetarum sanctiones, quae nos erudiunt quid de sacra  
lege sapiamus, Expellentes igitur hostile certamen ex  
uerbis diuinitus inspiratis, solutionem questionum men-  
te percipiamus.

At tu Missale sacrificium recipies, et si non habeat  
expressum scripturæ testimonium, adeo non magnificas  
scripturas, immo quorundam iudicio contemnis, nisi non  
est contemptus, q; palam doces, scripturam, autoritatem

decipere ab hominibus, vel à congregatione & precipuos  
quosdam fidei articulos à scripturis pretermisso, ut filius  
um Dei, esse patri όμοούσιον & in diuinis personam,  
Christi item ad inferna descensum ex Scoto tuo lib. 1. dis.  
11. q. 1. Ecclesia catholica credit patrem & filium &  
spiritum sanctum unius esse substantię, ceterum tres esse  
personas, non tamen hunc articulum sibi ad credendum  
ab his scripturis imposuit, sed solidis scripturarum testimo-  
nijs habet essentię diuinę unitatem, & trinitatem per-  
sonarum, quemadmodum Athanasius, Hilarius, Cyrillus  
Augustinus, & reliqui patres olim contra hæreticos lo-  
cuperissime probarunt, neq; unq; Ecclesia articulum fi-  
dei ab his scripturis conderet. Et Christum ad inferna  
descendisse Cyprianus ex scripturis clarissimis ostendit.  
Tu tamen necessaria creditu, scripturis haberi negas, sed  
extra scripturas, autoritate Ecclesiæ ad credendum hæc  
& alia quædam proposita scribis, quo facilius traditioni-  
bus hominum autoritatem concilias. Hinc tibi non  
difficile erat, Missale sacrificium credere etiam sine scrip-  
turis, obsecro autem mihi Ecclesie, quid cogitabunt fidei ho-  
stes, si audierint substantialia fidei & plane necessaria  
creditu ad salutem, in scripturis sanctis non haberi, sed esse  
obmissa ab Evangelistis, cuius erit culpa? Certe à spiritu  
sancto inspirata est scriptura in quem & hæc culpa  
redundabit, quasi necessaria obmiserit. Memento hic  
quam ægre tuleris Anno. 1514. 4. nonas Februa.

cum precellentissimus Ecclesiæ Doctor Erasmus Rotte  
rod. in Annot. in nouum Testa. Matth. cap. 2. Hierony  
mum secutus scripsisset Euangelistas testimonia non è li  
bris depropnsisse, sed memorie fidentes, esse lapsos, idq;  
citra falsitatis crimen, & fidei periculum, ut nihilominus  
scripturæ sacræ constet autoritas. Hic te Christianus  
zelus sic tum commouerat, ut fidenter scriberes. Audi  
mi Erasme, arbitraris ne Christianum pacienter laturū,  
Euangelistas in Euāgelijs lapsos? si hic uacillat sacræ scri  
pturæ autoritas, quæ pars alia sine suspicioe erroris erit?  
absit hoc à spiritus s. & Iesu Christi saluatoris nostri di  
scipulis & fidei nostræ columnis, non humana sapientia  
institutis, suspicari, sic tu alloquebaris Erasmum, qui tis  
men non loquebatur de lapsu aliquo periculo proprie  
tatem statim autoritas totius scripturæ sacræ labefactetur.

Quid de his spiritus s. organis à Deo doctis nunc tu  
sentis Ecci? quo abiit tuus ille zelus, qui ferre non pot  
rat, leuem adeo memorie lapsum in Euangelistis citra dis  
crimen pietatis & fidei? iam cum deuterose et Missalis  
noua oblatio tibi defenditur, plus audes & palâ in locis  
tuis titu. 4. adstruis articulos illos, de consubstantialitate  
& persona in diuinis, dèq; Christi ad inferos descensu  
in scripturis non haberi, ut iam lector locorum tuorum  
cogatur audire, Euangelistas mutilam fidei doctrinam  
tradidisse, ut qui magnos fidei articulos non docuerint  
quos tamen ad salutem consequendam, credi oportet.  
Queso Ecci utrum hic tibi uidetur grauius? dicere E-

Euangelistis alicubi uoculam aliquam in citandis propheta-  
tarum oraculis obmisisse citra doctrinæ Christianæ di-  
spendium? an docere totos quosdam eosq; haud postre-  
mos fidei articulos ab Euangelistis obmissos, q; si pietas  
cogit melius sentire de Euangelistis & scripturis sanctis,  
ut pote eos credendorum doctrinam sanam & absolutam  
tradidisse, in qua tamen Missale pro peccatis sacrificium  
nullum legitur, ea qua tu doces ratione, consectarium est  
ea que tu de Missa docuisti, non esse articulos fidei, sed  
doctrinam humanam, quam nos pruilegio Christianæ  
libertatis citra notam heresios negligere possumus,  
imo debemus.

Patrum dictis que tu libro secundo copiose addux-  
isti, & ego iam uix summis digitis attigi inter diluendum  
objecisti, alias respondero, non enim aspernor prophetias,  
sed illud Pauli præ oculis habeo Εἰτε ωροφητείαν  
κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πιστεως, nam que-  
dam sunt eiusmodi, ut nostram assertionem, si recte ex-  
pendantur, non impugnent, nonnulla à scripturae simpli-  
citate alieniora, q; ut in his commode interpretandis mul-  
tum operæ expeditat collocare, deniq; si maxime que-  
dam Patrum scripta sic sonent, ut subscribere sententiae  
duce videantur, scriptura tamē sancta nostram sententiam  
confirmante satis tuti erimus.

Hæc q; breuissime ad libros tuos iam respondere  
vixim est, in quibus sic temperauit filium, ne usq; exiret in-

rabiem, ut qui sciam absq; illo rancore sicut machi in scripturarum disputatione esse uersandum, quo sacra hec nullo contagio humanorum affectuum contaminentur, & Domino ultiōem relinquendam abunde repensuro. Eo quidem hoc unice opto, ut triumphet Euangelica ueritas, et omnia cedant in gloriam Iesu Christi propiciatorij nostri unici. Nunc restat ut si me docendo hallucinatum alicubi deprehenderis, amice moneas, non rursum agas criminaliter, quod tamen haud grauatim cōdonauit uel amicitiae ueteri uel utilitati caussae, tantū presta quod es pollicitus, quod dum facis iterum te per omnia sacra obtestor, quo Theologicum supercilium domi relinquas, nam sine ad hos labores zelus Domini et sincera dilectio Ecclesie extimulant, & omni cura in hoc unum es intentus, ut religionem Christianam ab hereticorum incursionibus tuearis, puramq; conserues, modestiaz zelum immodestum frēnabis, certe solo contemptu, quo soles nos omnes uel est sublimi despicere, adeo nihil perficies, ut instar improuidi patroni ex optima causa malam potius sis facturus, nec ipsi plane diximus, sed scripturis, quarum autoritate & primitiæ Ecclesiæ exemplo fratē, à quibusdam ritebus uestris recessimus, ab Ecclesia Christi seruante Deo non recessuri in æternum, fieri autem potest ut alicubi erremus iudicio, et si affectu non erremus, ut tu ueritatem sine iniudice morsibus docendo, nostram tibi resipiscēt am nūc ausis polliceri, si uacillamus, Obtrectando autem nihil minus. Quod si recta monentem non fueris

versatus, profecto efficies, ut ad instaurandas res Ecclesiae tam accisas, omnia potius q̄ piam & alacrem uoluntatem defuisse tibi, boni omnes intelligent. Auguste  
An. 1527. 22. April.

### FINIS.

#### Mentem saniorem.

**S**ignificarunt mihi amici, te librum contra me consarcinasse, et uerius non contra me, sed contra sacerdium Missæ sacrificium, multa blasphemæ euomuisse. Quod et si condoluerim aliquando errori tuo, pro antiqua nostra amicitia, qua olim fumus coniunctissimi, & omnia bona tibi precabar & optabam, & cum multorum etiam indignatione persepe profectus tuos & incrementa apud omnes promouebam. At tamen quia malitia immutauit intellectum tuum, ut nulla mihi sit spes reliqua salutis tue, nulla resipiscetia tue, sed hereticus homo iuxta Pauli iussum mihi uitandus es, q̄a ad mortem peccasti, nō est pte orandum. Perge igitur, q̄a ita malignitati tue usum est, et Missæ sacra et preceptorē impugnare, expieris oī preceptoris tui acrimoniam in ueritate asserēda, urbi et orbis notū fiat, qua iniqtate et uirulētia Reseph uos ter piros hereticos exaguet, atq; uictrix ueritas speciosos tandem agat triumphos. Vnū præmoēo, exemplar corruptius exiit prælū unde multi in eo desydero, que suspicor uel à scilicet à maleuolo imputata, nec exemplar scriptū ad manū

babeo, ideo nolite miscere contentioni uerborum, q; fi-  
cere affoletis, paterer te tradi in interitum carnis, ut  
spiritus saluis fieret, q; Ba'dasari olim meo precatus  
sum, sed timeo & corpus & animam eius una interisse  
eternis cruciatibus. Ingo' ostadij. XXI. Martij. 1528.

Io. Eccius tam bene ad fidem  
tuendam animatus q; tu imp:  
pugnandum,

Vrbano. R.

*Fidem per charitatem operantem.*

**N**on erat opus, ut me amici tui ante uorterent,  
hac parte nimium officiosi, ut qui te ante tempus  
exasperent, in negocio tibi narrando forsitan mihius fidi,  
Nonne cum tibi colloquebar Augustæ, hæc abs te impe-  
trauit, ut citra uirulentiam te responsurum obiectis meis  
promitteres, si qua haberem contra tuum de Missa li-  
bellum? Iam quasi ex insidijs te adoriar, anteq; quid à  
me scriptum sit, uideris, bellum indicis, cum nulla maledi-  
cendi libidine, sed te hortante scripserim, idq; modestissi-  
me, cum libellum tribus aut ad summum. 4. amiculis le-  
gendum exhibuerim, eo interim consilio, ut quicquid id  
est quod confeceram, in spongiam incumberet, præsagi-  
ebat enim iam ante mens, qua fronte essem libellum inno-  
centem excepturus, nempe fastu Moabitico plena & cō-  
uitijs acerbissimis, q; si me ad scribendum animus male  
adfectus & omnia sinistre interpretandi impulsisset, ante  
annum prodijsem, quando contumeliarum in me tuarum  
uulnus à recenti plaga etiamnum hiaret, iam multa dies  
dolorum penitus ademit. Ceterum & gratias tibi ago nūc  
& Domino pro hoc fido amore agam semper, quo tanti  
heretici uicem aliquando doluisti, Nam & hodie quoties  
Eccij mentio incidit, Ingenue fateor, nemine in orbe uni-  
uerso esse, qui mihi ob eruditionem & ingenium fuerit  
unq; charior & uenerabilior, Quantum enim faueris stu-  
dijs meis, q; deniq; tu mihi fueris in delitijs, testatur Gym-

R.

nasium Friburgense, ubi quondam impacientissimo amo-  
re erga Eccium preceptorem, patres ac moderatores tan-  
præclaræ Academæ aculeato carmine in me sic cœcitu*s*,  
ut excommunicatus multis dichibus propter Eccium, et à  
meo iudicio diaboli mancipium fuerim, Mox Ingolstadi-  
um ueni solo tui amore illectus, ibi cum satis amara mihi  
cum tristi pauperie aliquandiu pugna cœset, tu apud viri  
litteris & genere eximie nobilē, erga me beneficē*s*, ut O-  
mum Leonh. Ecc ab Wolff's Ecc, tantum effacisti, ut O-  
ratoriæ publicitus docendæ præfectus, aliquo etiam nume-  
ro haberer, ut beneficiorum haud quaq; immemor pro te  
sim Dominum semper oraturus, quis tu de mea resipiscē-  
tia haud secus atq; Arij cuiusdā plane desperaueris, Nā  
malitia, te iudice, immutauit intellectum meum, Audacter  
nimū Ecci, sed hominis iudicium audio, & Christi tribu-  
nal expecto, Vitabis me ut hæreticum, at uide ne & scri-  
pturas uites qbus nitor, quod in opis consiliū si spreucri,  
non ages tam tuto q̄ tibi polliceris, multis ad hoc pernicio-  
sissime blandientibus, Ad mortem peccasse Urbanū certo  
definis, neq; pro me porro orandum existimas. O infeli-  
cem Urbanum si Eccij calculo cœlum datur & negatur.  
Qui hæreticum uitandum esse docuit, idem erudire obſe-  
ſtentes iubet, si quando det illis Deus pœnitentiam ad ag-  
noscedam ueritatē ut resipiscant ē diaboli laqueo, Ad  
mortem uero peccat qui Christum negat, in eaq; impieti-  
te perdurat, reiicit autem Christum, qui neq; suorum pec-  
catorum pœnitentia tangitur, neq; misericordia Dei per-

Christum promissa & exhibita, gaudet, Talem me esse,  
et si peccator sim, non conuicisti, Christo enim nitor utcū-  
q; misera ouicula, hoc autē quisquis fudit, confundi nō po-  
test, ne à portis quidem inferorum, homo uidet faciem, at  
Deus iuxta hominis intuitum non iudicat, si conuitū dix-  
issem in spiritum sanctum, recte iudicares, me ēterno iu-  
dicio obnoxium, cum autem ueritatem agnitam non im-  
pugnarim unq; pertinaciter, non erat tā temere spes om-  
nis de cōuertendo Urbano abiiscienda, Porro simulac me  
velut totius Ecclesiae suffragijs honestatum hēreticum, p\*  
clamasisti, impietati scilicet me calcar addis, Perge (inquis)  
quia ita malignitati tuae uisum est. Obsecro preceptor, que-  
tanta est uel in Stoico & twō Dei & quam hac tua acerbitate  
non commoueas? Sacra Missæ non impugno, sed Missæ  
abusus, Et ostendo quæ mihi contra hæc sacra pugnare  
uideantur, quæ si minus pugnant, Tuū erat monere, pre-  
sertim cum id coram p̄misericordia, & ante q libellum uidisti,  
Urbanum pronūtias hēreticū, ubi hic animus precepto-  
re dignus? Ego nulla liuoris fella in te euomo, sed candi-  
de cōmonstro qd me impediat, ne statim Eccij de Missa  
sententiam amplectar, meliora amplexurus si docebor,  
Et tu protinus iudicem agis incognita caussa. Minaris au-  
tem me experturum preceptoris acrimoniam in adseren-  
da ueritatem, Nondum in ueritate docenda, de Missæ offi-  
cio preceptorem præstisisti, quemadmodum pollicebare,  
& iam minaris acrimoniam, quasi Christianus metuat a-  
crimoniam maledictorum, dum ueritatem querit, nullis

acrimōiae tuae quanta quāta fuerit, tonitruis à uero deterr  
rebor. At uera si docueris absq; acrimōia, cupidissime tua  
omnia suscipiam, Tandem urbi & orbi notū fore scribis,  
qua iniuritate & virulentia Reseph nos ter periueros ha-  
reticos exagitet, Talibus enim titulis nos exornas, Quam  
urbem Ecci intelligis? Si Romam, que gloria fuerit me  
proscindi in ea urbe cuius quondā fides in toto mūdo pre-  
dicabatur, iam nihil minus, Si Augustam, hęc iam pridem  
& Eccium nouit & Vrbanum. Quām festuum autem  
q; nobis Reseph tam facis familiarem, Tu si à Ḥ̄ n̄  
hil unq; passus es, age primus in nos lapides projicito, Nā  
subolet non nihil quid uelis, urit enim te matrimonii no-  
strum, quod & tibi multo foret honestius, q; hoc quod ex-  
cusabile tibi suadet idem ille Ḥ̄ qui Euam putatur ut  
futua sua deceperisse, que si viribus integris non restitit ma-  
lesuadenti, sed à simplicitate primae rectitudinis corrū-  
pi sensus passa est, q; id facilius tibi contigerit, tanto iam  
cōcupiscentiae malo non minus q; alij sunt, obnoxio? Per-  
iuros nos scribis quidē, at probare nunq; potes, Et nos iā  
pridem propter nomen Christi male audire didicimus,  
gaudentes interim q; hęc non patimur propter scelerā,  
sed honorabiles nuptias, nobis liberas decreto Spiritus san-  
cti, prohibitas tantum à spiritibus impostoribus. In calce  
præmones, ne male correcti exemplaris mendas infectr,  
& uerborum contentioni studeant, addisq; nos hoc so-  
lere facere, adeo non potes non honorifice de te sentire u-  
bi q; de nobis pessime. At ego non institui contendere cum

Eccio, utrū elegantius scribat aut elaboratius, sed utrū mā-  
gis pie, de rebus non uerbis mihi certamen est, in hoc uno  
labor omnis mihi impenditur. Baltassarem coram uehe-  
mentissime hortabar, ne sic, ut cœpit, pergeret, uerum ille  
monitorem contempsit, at suum iudicium portabit. Ego  
nihil tale uel molitus sum hactenus, uel moliar unq, nisi  
Christus, quod absit, me deseruerit, sed meliora spero. Tu  
uero penitus me despicias, non sic à me despctus, mihiq;  
tutopere despecto & deplorato minaris pugnā, sed Do-  
minus inter te & me iudicet, dū recta doceo, nullius q= =  
libet iniusti & gloriost disputationis minas & acrimonias  
timeo, neminem item prouocabo, at prouocatus, que uera  
sunt, inexpugnabili constantia tuebor usq; ad mortem,  
Dominum precor ne nos finiat rapi affectibus carnis, nā  
sijs laxare habenas uetus homo permitteretur, nescio  
quo tandem prorumperet. At satis conuiciorum tum ore  
tum libellis tuis omnibus in Vrbanum ejaculatus es, par-  
tus posthac obsecro. Theologo enim indecorum est, acri-  
monias minitari, hoc est plaustra conuiciorum. Evidem-  
b; blasphemias omnino nullas cōtra uerā Missā, ut tu præiu-  
dicas euomui, at si erro, emenda, nā nullis mudi præsidijs  
cinctus scribo de religione Christiana, quod tu de te pre-  
dicare non audes. Si uera loquor, cohibe impetum iuditij  
tui precipitis, Scio enī me non carnali sapientia, dolo aut  
impostura, annos iam aliquot Augustanæ Ecclesiae pre-  
dicasse Euangelium, Tu secus omnia interpretaris, præ-  
cor autem te per Christum ne iudices ante tempus donec

1586750

1529827

uenerit Dominus, qui & illustraturus est occulta ter-  
brarum, & patefaciet consilia cordium, & tunc laus &  
rit unicuique a Deo, Augustae. 24 Martij, Anna

3528.

Urbanus Rhegius tam bra-  
ne animatus ad tuendam ve-  
ritatem sine huius secundi pre-  
fidijs, ac tu in magnificen-  
tia & potentia mundi,

Ioanni Eccio Theologo.

EXCVDEBATVR AV.  
gustae per Heinricum Stainer.  
Mense Feb. XVI. Anno  
M. D. XXIX.

כיזר עתותי



תְּעַזֵּה בְּנֵי אָדָם

